





EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

IV A 290.

VITEBERG.

SIGNAT. c1515 CCCXIII.

2P



PHYSICA  
SPECIALIS,

sed

*Completa e*

I.

Libris Arist. X. de Ani-  
malium Historia. et l. IV. de Par-  
tibus animal. & l. V. de Genera-  
tione animal.

II.

E libris III. de Anima &  
parvis Naturalibus.



LIPSIÆ,

*Impensis Caspaci Clossmanni,*

ANNO M. DC. XXV.

A D I Z Y H G

z P C I A P C I A

b6r

S. 1000000

z i n A c b . X z i n A a n d i l

-z i n A c b . VI z i n A o f f l i l i n d e n

z i n A c b . V z i n A a n d i l

z i n A c b .

z i n A c b . III a n d i l

z i n A c b . z i n s q

z i n A c b .

z i n A c b . z i n s q

z i n A c b . z i n s q

PHYSICA  
SPECIALIS DE ANI-  
MATIS

ex

*Aristotelis historia animalium  
deq; eorundem generatione & Par-  
tibus.*

M. JOANNIS AUGUSTI VOGE-  
LIT Camitiani industria concinnata.

CONTINUATIO.

Postquam corpora ex quatuor elementis natu-  
raliter concreta, eaq; tum imperfecte tum perfe-  
cte mista consideravimus; perfecte autem mista rur-  
sus in hac natura universitate duplitem in se respe-  
ctum includunt & recipiunt; priorem scil. ad ele-  
menta & factam ex his mislionem, quo ipso respectus  
mista etiam ipsa dicuntur: posteriorem ad formam  
misticis supervenientem nempe animam, quo respectus  
mista dici nec possunt, nec debent, Anima enim &  
corpus misceri non dicuntur, sed anima ipsa Corpus

446 2

perfe-

2 PHYSICA SPECIALIS

perfectè mixtum informat & per organa in corpore nostro aptè disposita actiones & vires suas exercet. Postquam igitur in priore respectu corpora perfectè mixta consideravimus, quatenus nimirūm mixta; sequutur nunc, ut mixta animata, quatenus talia sunt, & certis pro animæ receptione organis aptè disposita contempleremus. Quia cum nec materialis dispositio-  
nis respectu, nec projectò formalis principijs ratione ex premisso plane pleneq; cognosci valeant; horum peculiari & ea quidem tam secundum materialem, quam formalem constitutionem distincta merito in-  
stituitur explicatio: Neq; verò Medici hoc in loco, quod affectent, habent, q: potius ad scholam Me-  
dicam hæc oratione sit referenda: quippe cum humani-  
tanum corporis eaq; minus exquisita & accurata  
consideratio arti Medica subjaceat. Non secus ac  
qualscumq; ferri notitia arti fabrili: Nos igitur Phi-  
losophum, ut in aliis ritè secuti primum omnium de  
materiali quorūcumq; animalium corpore docebi-  
mus, atq; exinde ad eorundem principium formale  
progrediemur.

I.

Corpus animatum, quod sensu percipitur, nec  
sine motu definiri potest; ita adornatum & con-  
cinnatum est ut Respublica, que bonis legum-  
statutis gubernatur. 6. Met. II. & I. de mot. an. 8. Ita  
q; n. φύσις ἡ Δῆμος τὸ βίον πόλιν, ἡ Δῆμος τὸ αὐτογενές ποιεῖ. 1. de  
Gen. an. c. 4. Ubi tres classes sunt effectuum Na-  
turalium. 1. Eorum, que ex materiae necessitate  
tantum propter agentis & patientis indolem fiunt;  
ut sunt pleraque φυσικά. 2. Eorum, qui ob-  
finem,

## DE ANIMATIS.

3

finem, iuxta Ἀριστοτέλη & βιβλίον hunc; ut sunt omnes res animatae & animalium membra singula, eorumque partes. Παὸν δὲ ὁμοιότερον iuxta Ἀριστοτέλη. I. de part. an. c. ult. 3. Eorum quae sunt & τις αἰδάρυνται & propter finem; ut eum queratur cur cervi abjiciunt cornua? 1. propter materię ex clementitiae necessitatem, pondusque. 2. propter cursus expeditioris celeritatem.

## II.

Constat igitur animal primum ēn Φυλῆς καὶ σώματος, id est, ex anima & corpore: Et anima quidem natura imperat: Corpus autem obedit. Sed & corpus duplices habet partes. Τὸν ψυχὴν τὸν ζῷον λέγει, τὸν δὲ οὐσίαν τὸν θεραπεύτην εἰς ὄμοιότερον εἰς τὰ γένη τὰ γένη, τὸν οὐσίαν τὸν εἰς αὐτομάτην. εἰς τὸν ξένον εἰς χέρας Αριστοτέλη, id est, Aliæ enim animalium partes sunt incomposite seu simplices, quæ scilicet in partes sibi similes seu similares semper dividuntur, ut caro in carnem, os in os, &c. aliæ sunt partes compositæ, quæ in partes non similes, sed dissimiles secaris solent, seu quæ in alias nomine diversas dividi queunt, ut manus non in manum: sed in carnem, ossa, cutem, venas etiam dividitur: Illæ similares, hæ dissimilares appellantur. I. Polit. c. 3. I. de hist. an. I. Quam in rem Scaliger I. I. de Plant. p. 168. Aristoteles animalium historiam ab his instituit incipere, quas ιαγωοῦντος καὶ οὐσιούσεων vocat; Theodorus atque eum secuti, similares & dissimilares, minus bene. Nam si per ταῦτα τὰ διάκριτα sunt similes inter se parcer carnis, ea accidentia, quæ in illa ipsa substantia insunt, dicentur similaria, pura rubor, densitas, molleties. Ita duritia in osse capitum erit dissimilaris si molletiei cutis comparetur: quia cutis osse dissimilis est. Quomodo potuit attribuere Gaza prædicationem denominativi primitivo ejus? Pilum,

aaa 3

milia.

## 4 PHYSICA SPECIALIS

militis militare est. Quis militem dixerit militarem? militarem quidam virum pro eo, qui est militari virtute praeditus; & consularem virum, consulari dignitate perfunctum. Nam dum consul est, consul dicetur, non consularis. Sic caro erit similis, non similaris; sed affectus, qui in carne est. Auris & nasus dissimiles; non dissimilares. Et verbum de verbo expressum est. Nam quid aliud est *omnis*, quam simile? Dicemus igitur partes consimiles & coadissimiles? & p. 173. Quasdam dividimus per partes *coadissimiles*, quasdam *disimiles*. Ergo carnem connumera inter consimilia Polmonem verò quoniam hac accipit ratione, non immerito nos excitavit ad propriū inspiciendum. Diverso namque modo intelligo, cum dico: quilibet pars ossis, os est: & cum dico, quilibet pars tibiae tibia est: semper de osse loquor solo, quod est cruris inferioris. Sic quilibet pulmonis pars, caro pulmonia est. At non quilibet pulmonis pars, pulmo est. Agnosco namque pulmonem officinum, quod nequit expleri parte: quanquam ne id quidem verum est. Non enim omnis pulmonis pars caro est. Habet enim tunicales & fistulas. Ergo *coadissimiles* III.

Antequam autem ad singularem singularum corporis animali partium explicationem accedamus, ipsorum animalium distinctiones sunt premitendas, quas *et iuxta*, ceu in tabula Philosophus exhibet, dum ait: alia esse *iuxta*, i. e. aquatilia, alia *terrena*: id est, terrestria: aquatilium quasdam in fluido degunt, vixuntq; suum ex humore per vices recipiunt & reddunt; neq; respirant, ut pleriq; piscium: alia quidem in humido degunt, vixunt exinde queritant, sed respirant, & aërem, non humorem recipiunt: quin etiam foris parere solent: & hæc vel gressilia sunt, ut crocodilus, vel volatilia, ut mergus:

## DE ANIMATIS:

mergus: vel planè sunt  $\ddot{\alpha}\pi\delta\alpha$ , ut Natrix: alia deniq;  
aquatilium in humido quidem victum habent; sed  
nec humorem nec aërem recipiunt, ut ostrea & ur-  
ticæ: Eorundē etiam aquatilium rūdē iñ mārta,  $\tau\acute{a}dē$  λαγόνα,  $\tau\acute{a}dē$  πλάνη,  $\tau\acute{a}dē$  πλεγλία, sīc βατρά-  
χο, alia sunt marina, alia lacustria, alia fluvialia,  
alia palustria, ut rana. Porro aquatilium alia saxis  
semper harent affixa; ut conchæ: alia non semper,  
alia nunquam: alia quoque mobilia sunt, alia im-  
mobilia, ut ostrea, vertibula, calli aut tubera, aliis  
deniq; inest vis natandi; aliis rependi, ut cancer.

de hist. an. c. I.

## IV.

Terræstrium vero animalium alia quidem  $\alpha\pi\mu\sigma\alpha$   
 $\tau\acute{a} \kappa\pi\tau\acute{a}$ , i.e. respirant; alia transpirant, ut vespæ,  
apes  $\tau\acute{a} \kappa\pi\tau\acute{a}$  ἔντομα, i.e. alia insecta: quin etiam  
alia terræstrium animalium volatilia sunt, ut aves,  
alia gressilia, ut bruta & homines: vel reptilia, ut  
serpentes, vel saltatilia, ut pulex.

## V.

Verum aliis ad morem, vitam, victum actionesq;  
respicientibus animalium distinctionibus præter-  
missis, illa tantum adnotetur, quod scilicet alia sint  
 $\tau\acute{a} \mu\mu\alpha$ , i.e. sanguinea, ut sunt pisces perfectiores, &  
 $\tau\acute{a} \kappa\pi\tau\acute{a}$  οὐρα  $\tau\acute{a} \kappa\pi\delta\alpha$  iñ τέλειον,  $\tau\acute{a} \delta\pi\delta\alpha$   $\tau\acute{a} \kappa\pi\mu\delta\alpha$ ,  
Omnia animantia vel aquatilia sine pedibus; vel  
terrestria, eaque bipeda vel quadripeda: alia vero  
 $\tau\acute{a} \mu\mu\alpha$ , id est, exangua, uti sunt  $\tau\acute{a} \kappa\pi\tau\acute{a}$  οὐρα τέλειος  
 $\tau\acute{a} \kappa\pi\tau\acute{a}$  οὐρα, id est, Omnia, quæ plures quam  
quatuor habent pedes. i.e. de hist. an. I.

## VI.

Apprimè igitur  $\tau\acute{a} \mu\mu\alpha$ , id est, sanguineorum  
corporum constitutionem & compaginem conside-  
rabimus: in quib. unaquæq; pars dissimilari simi-

## 6 PHYSICA SPECIALIS

Iaribus constat, unde & naturæ & melioris notitiae respectu similares dissimilari bus sunt præmitte-  
dæ; quæ ipse Græcis sunt μόρια ὁμοιομεγά: item  
ἀντανακτα, seu μέλιτες τάνακται, id est, simplices par-  
tes & prima corpora: nec non ἀπορθῆνται σοτζεύδη  
id est, homogenea & elementaria & denique αἰδη-  
τὰ συκτᾶ, id est, sensibilia corporum animatorum  
elementa nuncupantur. 1. de hist. an. 1. Gal. 3. de  
nat. f. c. 6. & 1. de elem. c. 9.

## VII.

Duplices autem sunt partes similares: τὰ δρῦ  
τὰ μεγίστης ὁμοιομεγῶν μελουμάτων τὰ γένη τὰ δέ οὐλη-  
γὰ τὰς ξηρὰς, id est, Aliæ quidem humidæ & molles  
sunt: ut sanguis, cerebrum, adeps, siccum, me-  
dulla, semen: lac, caro & quæ proportionaliter  
cum his convenient: alia verò siccæ sunt & durae:  
ut fibra, venæ, nervi, arteriæ, cartilagine, ossa:  
ut & excrementitiae partes, ungues, pili, & quæ  
his analogia quadam respondent. 1. de hist. an. 1.

## VIII.

A siccis & duris auspiciati, fibrarum vox variis  
modis accipi potest: Fibre enim generaliter di-  
cuntur illæ, quæ in sanguine insunt corporum  
animatorum plerunque, in cervitamen dameque  
& bubali, paucorumque aliorum nulla reperiun-  
tur: 2. fibre pro sanic quadam in humoribus  
contentæ: 3. pro naturalium facultatum in mem-  
bris naturalibus administratoriis instrumentis. 3.  
de hist. an. c. 6. l. 1. de de Part. c. 6. & l. 2. de Part.  
an. c. 4. Gal. l. 3. de Facult. Natur.

## IX.

In qua ultima & tertia significatione à Medicis  
acceptæ fibre triplices habentur, rectæ, oblique &  
transversæ, à ductus figura sic dictæ, ita ut διαφερεῖ  
ἐλάττων

## DE ANIMATIS:

7

Actus per rectas scilicet attractio : per obliquas re-  
tinetur, id est, retentio, per transversas cinguntur,  
id est, expulsio administratur. Gal. 3. de Fac. Nap.

### X.

Fibrae igitur sunt corpora similia solidae & siccæ  
ad actiones membrorum mobilium administran-  
das ex semine facta. Gal. 1. 1. de fruct. 3. & 2. de  
Temper. 4. 3. de Natur. facult. 5. & 1. 5. de us. part.  
6. 14. 8. Anat. adm. c. 5.

### XI.

A fibris non longè abit ~~de~~ corpus, id est, Ligamen-  
tum, quod item est corpus simile, solidum  
& ratione temperamenti secum; quod initium  
ex osse habet, & ei adjungitur, etique album sen-  
sus expers, & non nisi lento humore sibi simili nu-  
tritur. Gal. 1. de us. part. 2. L. 1. de temper. c. ult.  
1. 3. de facult. Nat. c. ult. Lib. de oss. c. 1. & 1. 1.  
anat. adm. c. 4.

### XII.

Tendo seu chords, ~~corpus~~ corpus simile est so-  
lidum & sua temperie siccum, musculos cum offi-  
bus terminans, album, exangue, sine concavita-  
te; quod tamen penitus sensus non est expers:  
lentoque quodam humore nutritur. Gal. ibid.

### XIII.

Exinde non erit difficile discriminem fibrarum seu  
villorum & chordarum atque ligamentorum co-  
gnoscere; quod in primis a duplice adjuncto peti-  
tur, a loco scil. & officio. Locus communis fibra-  
rum est in sanguine scil. & in primis in membris na-  
turalib. officium earundē est naturales membrorū  
facultates administrare, vimque motricem mem-  
bris vitalibus deferre. Locus chordæ est in fine  
tantum muscularum, in quibus etiam ratione  
officij

222 5

## PHYSICA SPECIALIS

officij à fibris discernitur, quod est anectere musculos membris mobilibus, huncq; ipsum motum adjuvare & promovere. Ligamentum vero rursum propinquum eruditus, id est, Cartilagineum in ossibus viscum, cuius loco est penes ossa tantum: manus autem connectere & continuare ossa. Estq; ligamentum omnis sensus expers: fibræ vero & chordæ sensum habent, utputa ex nervis oriundæ. 3. de hist. an. c. 6. 1. 3. de Nat. facult. 3. 1. de temper. ult. l. 2. de oss. c. 1. & l. 1. anat. adm. c. 4.

### XIV.

Cartilaginiæ, οἱ χόνδροι sunt corpora similia tempore rigida & sicca, quæ rupta aut incisa numquam coalescunt aut reparari possunt, mucosoque humore aluntur ad id à natura è semine residuo generatæ, ut ossi ossibus sine laxione & attritione cohærent, facileque objectis resistere ac cedere possint. 3. de hist. an. c. 8. l. 2. de part. anim. c. 9. Gal. l. 1. de us. part. c. 15. Ib. l. 7. de us. p. 3. & l. 11. c. 18. 3. de Facult. Natur. 7. anat. adm. 3. Lib. de oss. 1. & 2. de temper. 2. XV.

Differat cartilago à ligamento, non tamen loco, quamusu. Ligamentum enim connectendi gratia ossibus attributum est: Cartilago vero resistendi ac cedendi causa: quia & Ligamentum sua substantia humidius est & viscosius: Cartilago siccior & ossium naturæ vicinior; iis tamem humidior multoque mollior, neq; medullam in se habet. 3. de hist. c. 8. l. de us. part. II. Gal. 2. de part. an. 9.

### XVI.

Jam de ossibus. ιντερ μεταφοράς τοις εν ασπερούσιν γένος ἔγειρε, ἐτοις αὐτοῖς ὑπεστηριζόμενοι προστοιχοὶ τοῖς μηδενιώδεσι Διάγραμμα τύπος χάρακος: τοῖς δὲ εἰκόνατοις οὐδεῖς ἐστιν, i.e. Os est membrum in sanguineo corpore animato durum & siccum, quod aliis carnis partib. subest & iis quidem, quæ moventur & flentur,

## DE ANIMATIS.

9

etunfūr, movendi & flectendi gratia: qua verò non  
moventur, muijendi & firmandi causa. 2. de part. c. 9.

XVII.

Causa ossium materialis unde sunt, est seminale  
excrementum. Ossa enim in prima corporis ani-  
mali partium conformatio*nē* ex *σπερματική* meriti-  
tate & gignuntur, ne tamen ex semine utriusque pa-  
rentis, post conceptum: primum viscera constitu-  
untur, postquam constitutionem terrenum illud  
residuum, quod de semine relinquitur, excremen-  
tum seminis dicitur & in ossium materialiam cedit.

Ibid. Gal. 2. de sym. 4. XVIII.

Materia illa terrestris in semine sic relicta, per ca-  
lorem fortē postmodūm concoquitur, donec o-  
mnis penē humor residuus extrahatur, tandemq;  
absumatur, inde enim os durum & siccum perma-  
nens constatur. Unde causa ossium efficiens cum  
formati innotescit. XI X.

Finalis ossium causa duplex: Ossa enim & *κίνησις*,  
i.e. motum flexumq; in corpore animato adjuvant:  
& *δύναμις*, i.e. monumentum ceuq; propugnaculū  
exteris corporis partib. præbent: suaq; duritie par-  
tem mollem conservant: imo istius corporis firmū  
habilimentum videntur. 2. de part. an. 8. Gal. 1. de us.  
part. c. 15. et 3. de Nat. fac. ult. 2. de temper. 2.

XX.

Porrō ossa nutrimentum, & cūm animal augetur,  
*έγχον*, i.e. incrementū ex alimento naturali capi-  
unt, cuj<sup>o</sup> sanē causa ossa aliás etiam maximē solida,  
porosa tamen aliquatenus sunt, ut talis materia  
capacia esse queant. 2. de gener. an. 4.

XXI.

Cūmq; omnis nutritio in medio nutriendi cor-  
poris collocatum nutrimentū, ossa etiam ipsa, quo  
melius in singulas partes distribui queat alimentar-  
is materia, in medio ob id scias ossa concava, in  
quib. acta jam inhærens nutrimentum propriè tu-  
tis, i.e. medulla nuncupatur. Neque

io PHYSICA SPECIALIS

XXII.

Neque incertum est, quod rā mōēxī mōēlōrī rā  
ēnē ēx̄ rā cō mōēlōrī lōwō sēān, id est, quēdam unius  
& ejusdem animalis ossa medullam habent; quē-  
dam minus: *καὶ οὐδὲ ἔχει εἴδοξεν ὅλης μοσλὸ-*  
*νή τοῖς ὄστραις, οἷοι λέοντες οὐδὲ μικροὶ καὶ λί-*  
*τεν καὶ σύ ὀλίγοις.* "Εἶχεν δὲ τοῖς μοσλοῖς, καὶ βερεχίστη  
εἰδὲ μόνιμον ἡ λευκάσσων ἔχει τὰ ὄστρα τῷ γάρ οὐκ οὐκ  
εἰσι, οὐτε σωτερούσιον τοῦτον εἰς λίθους συλλάμψει τῷν, id  
est. Sunt quoque quēdam animalia, quæ nullam  
prorsus in suis ossibus medullam habere videntur,  
ut Leo, idque ideo, quod admodum exiguum ha-  
beat & tenuem medullam, eamque in paucis ossi-  
bus, solis scilicet inferioribus & brachiis: maximē  
autem solida inter omnia animalia Leo habet ossa  
& dura adeo, ut concussis iisdem haud secus ac ex  
lapidibus ignis eliciatur. 3. de hist. an. c. 7.

XXIII.

Temperiem & naturam ossium quod attinet:  
omne os & quidquid speciem ossis in corpore ani-  
mato habet, terrenum est & frigidum atq; siccum:  
& quia ex semine est, ideo vel incisum vel fractum  
nunquam integrè reparari aut coalefcere potest  
οὐτα πεσεῖν· οὐδὲ διερίζειν· ut Medicis loquuntur, per  
callum. 3. de Part. anim. 2. 7. de Anat. adiu. 3. 2. de  
tempor. 2. 1. de oss. 2.

XXIV.

Tāde ὁστῶν ζώοις ἐστιν οὐδὲ παῖσιν συνίστηται οὐ σωμα-  
χῆται αἰώνιοι, οὐτε τοῖς φλεβαῖς· αὐτὸδὲ καθ' αὐτὸν ἔστιν  
ἐπι ὄστραις: αἰχμὴ δὲ ἡ παρχειστὴν εἰς εἰς πάσιν τοῖς ἔχοντος ὄστραις, id  
est, ossa ab animalibus omnia connexa sunt & in-  
vicem continuata, haud lecus ac venae, nullumq;  
est os, quod ipsum seorsim per se maneat: Initium  
verè est spina in omnibus ossa habentibus anima-  
libus

## DE ANIMATIS.

11

libus, quæ spina e vertebris contexta à capite ad coxas porrigitur. 3. de hist. an. c. 7.

### XXV.

Neque uno & eodem modo sibi invicem ossa junguntur: sed in primis quadifariam: 1. Cùm extrema æqualia sunt in formam serræ in se coëuntia, ut videre est in futuris cranii. 2. cùm extremitas rursus æqualia, interveniente tamen cartilagine copiosa & crassa: serè ad formam lectisternii, ne scilicet mutuo attritu ossa doleant & lardantur, ut patet in costarum juncturis. 3. Cùm extremum & rotundum, mediante tamen cartilagine, insoneavum seu acetabulum ossis inseritur, ut in membris mobilibus & coxendice. 4. Cùm duo ossa cavae, tali tamen, ceu clavo interjecto firmis ligamentis connectuntur, & ita cohærent, ut flexu extendiique aptè possint. 2. de part. an. c. 9.

### XXVI.

Potro & Ævo eo ex q[uod] Cæsar dicitur & Scilicet id est, Nullum sane animal propter ventrem habet ossa. Eò quod eorum nullus inibi sit aut commoditas aut usus, ansaque generandi ossis desit ob nimiam humiditatem; & Ventriculus repletus, intestinaq[ue] ut & uterus in gravidis majus spacium cum extensione peritonzi requirunt. 3. de hist. an. 7.

### XXVII.

Ipsa autem ossa perse non sentire certo exinde liquet, partim quodd nulli per ea ipsa nervi sint transmissi sensorii; partim ex consequenti illo, quod sane ossa, si forent sensibilia, assiduorum laborum tristes haberent sensationes: unde vel muntilatio vel etiam plenaria frustratio necessiarium actionum causaretur. Pro sensu tamen ossium, facit quedam adhærens membrana, gracis vnde, quæ membrana est pars similaris ex semine facta, nervis & ligamentis seminalibus constans motu mōbi.

12 PHYSICA SPECIALIS

mobilium corporis partium sustinens, insasque  
partes probè obtegens. 3. de hist. an. 7. Gal. 2. de  
temper. 4. 1. de us. part. 17. l. 6. aph. 36.

XVIII.

Specialiter verò illa, quæ circa ossa circumvoluta  
versatur membrana ~~membranæ~~ appellatur: estq; corp<sup>o</sup>  
similare ossa circumdans, densæ substantię tempe-  
riei ad cutem comparatæ siccioris, quod non nisi  
humore viscoso nutritur; velut habet A. ill. <sup>17. lib. 3. de hist. an. 13.</sup>  
~~τὸν ὅστην τὸν αὐτὸν οὐκέτι εἶναι~~, i.e. Membrana ossalis est  
panniculus circa unum quodq; corporis os adha-  
rens & quidem sensus gratia. 2. de temper. 4. 1. de  
us. part. 17. lib. 3. de hist. an. 13.

XXIX.

Materialis & ~~accidentis~~ causa est corpulentus qui-  
dam humor, qui in osium coaditione & condensa-  
tione expressus secernitur: Efficiens est calor; ex-  
pressum & secretum cum calore humorē educens,  
residuumq; partem magis terrestrem in membranæ  
istiusmodi speciem informans, ac ~~εἰς~~ <sup>εἰς</sup> consi-  
tuens, idq; idēo, ut osibus per hunc panniculum  
nervolum sensatio attribuatur. 2. de gen. an. 4.

XXX.

Unde etiam ~~ψαλήρης~~ <sup>ψαλήρης</sup> ~~οὐ μὲν οὐδὲν~~ οὐ φασι λίγοι, i.e.  
ossa quotiescumque suis membranis carent; sive  
runt & exstupescunt 3. de hist. c. 13.

XX XI.

Similis membrana circa cutem in extremitate corporis  
superficie extensa reperitur, quæ dicta est <sup>τοιχίη</sup>  
q; ~~τοιχίη~~ <sup>τοιχίη</sup> ~~τοιχίη~~, i.e. cutis in superficie exte-  
riore apposita Latini cuticulam appellant. Est autem  
corpus similare totum corp<sup>o</sup> ambiens & velut vela-  
mentum quoddam coäperiens, in quod tenuissima  
capillamenta venularum, arteriolarum, & nervulo-  
rum desinunt, ē cutis vel potius corporis extremitati  
to crassiore prognatum; quod exangue est, quodq;  
vch

## DE ANIMATIS.

13

vel scissum vel ruptum viciissim coalescit; cutis  
ipsam totumque corpus ab externa ejus superficie  
undiquaque obtegens. Gal. de temper. ult. 14. de us.  
part. 15. l. 4. anat. adm. 2.

### XXXII.

Post cuticulam statim insequitur vera cutis, græ-  
cis ἡ δέρμα ἐπὶ τῷ δέρμα μέρει τοῦ σώματος τῷ ἀνθρώπῳ ε-  
πικεκλησις: ταῦτη μόνον Διογένεσιν, οὐδὲν οὐδὲν φύσις πόρος  
τούτην μάζαν αντεῖ ἐπὶ τῆς μηδὲ γλυκότητος τοῦ σπέρματος ζυγο-  
πλόντος, Διογένης Ψυχοπόλιτος θεοφόρος σπέρματος εἶναι, id est,  
Cutis est pars similaris continuo tractu ac ductu  
circa totum corpus sanguinem circumvoluta nul-  
lo alijs modo incisa aut interprædata, nisi ubi se-  
cundum naturalem constitutionem pororum mea-  
tus seu poriparent, factaque est cutis a frigore ex len-  
to quodam humore concreta carnis regenda gra-  
tia. 3. de hist. an. 11. 2. de gen. an. 4. 2. de Part. an. 8.  
Gal. 4. anat. adm. 2. & 4. aph. 77.

### XXXIII.

Est autem cutis omnium corporis partium quam  
temperatissima, exanguis planè, quæ incisa aut dis-  
secta nunquam renascitur: sed cavitas potius inde  
facta, callo seu carne callosa, quæ inde statim epí-  
dermide seu externæ superficie cuticula obtegi so-  
let, repletur: Unde etiam cicatrices deinde velat  
vestigia apparere cernimus.

### XXXIV.

Materialis causa cutis est lentus & viscidus humor,  
qui è carne siccidente q[uod] expressus promanat & in  
superficie externa resideret. Efficientis causa est frigus  
circumstans, quod dum in humorē illū lentū agit,  
calidū tandem ac humidū absunt & lentore cutis  
solū relinquit, cui exemplar est in coctis pulmentis  
ubi a frigore ambiente exterior portio in quandam  
crustula indurata crescit. Forme ratione cutis po-  
rosa; seu tenuissimis foraminib[us] pertusa, que πόροι  
meantur.



PHYSICA SPECIALIS

34

dicitur, quibus sumida & vaporosa tertiae coctionis excrements per totum corpus singulasque ejus partes collecta, si tenuia & secca sint, exhalant & dissipantur per adhuc digerendos: crassiora vestigia & humidiora paulum si fuerint, in superficiem cuticulae egressa condensantur & in sudorem convertuntur. 2. de gener. an. 4. & 3. de hist. anim. cap. II.

XXXV.

Finalis causa cutis est munire carnem & tactus organa custodire, ne ab alio quodam objecto vehementer sensibili faciliter ledantur. 2. Tertiæ item concoctionis excrements recipere, eaq; vel absu- mere vel educere. 3. de gener. an. 5.

XXXVI.

Pro tactus ergo sensu facit quidem cutis: sed tamen ipsa est absurdus, id est, non sentit. Quidcunque enim sentit, id ratione carnis sentit, ut pote cum proximum tactus organum sit vel caro ipsa, vel annata illa carnis membrana ante carnem ipsam per tenissimas arteriarum & nervorum propagines transmissa cuti, quam proxime annexa, q; nervosa, quam ob id græci *ψυχήν οὐκέπαθεν*, id est, Panniculum carnosum nuncupant. 3. de hist. II. 2. de Part. c. 8.

XXXVII.

Hactenus de cute: sequitur nervorum, arteriarum & venarum specalatio. Nervi, græcis, seu dicuntur, suntque corpora similaria, frigida, dura, exanguia & porosa, quæ à corde seu radice ortae, eodem modo, quo ossa constituantur: & ex eodem scilicet *ωδησθέματα* spermatici, seu seminalli & nutritivo excremento oriuntur, ut spiritum, animalem & sensum ad partes corporis undiq; deferant. 2. de gener. c. 4. 3. de hist. an. 5. Gal. I. 2. de temper. c. 1. l. 1. de us. part. c. 6.

Cor.

## DE ANIMATIS.

15

### XXXVIII.

Constituta autem nervorum substantia ita apparet, ut triplici velut tunica sit interdistincta, quarum interior media intimæ arborum medullæ similitudine appetet: hanc duxè circumdant à latere utroque extiores, quarum illa, quæ situ interior est ad medianam suâ ipsius natura quam proximè accedit, ita tamen, ut aliquatenus dura sit & crassiuscula; illa vero quæ extima est, rursus hac duxior alio quanto est & crassior. Gal. 2. de us. part. ult. & 7. ejusdem c. 14.

### XXXIX.

Vena, φλεψ græcis est corpus similare, frigidum, exangue, instar fistulæ cavum, quod motum ac sensum non agnoscit. sicutque in corde & dextro quidem ventriculo originem habet; *Επίπεδον ξένον* à natura in corpore productum & per corpus undique traductum. ut organum sit sanguinem, cuius quasi vas & canalis est, per totum corpus pro eodem nutriendo deferens. 3. de hist. an. 3. l. 2. de Part. an. 3. l. 3. de Part. an. 5. 2. de gen. an. 4. lib. de Resp. 4. Contra Gal. l. 1. de temper. ult. & l. 1. de us. Part. 16. l. de decret. Hipp. & Plat. ult. l. 2. de tuend. san. 16.

### X L.

Neque vero venæ ex multiplice contextæ sunt tunica: sed eam habent unicam & triplici quidem fibrarum genere intertextam: sicubi tamen per concava corporis spacia extra aliorum membra, rum substantiam protenduntur, ad scititum adhuc velut munimentum assumunt, eodemque subtilitate ratione vicinis partibus attexuntur. 3. de hist. an. 5.

### X L I.

Venæ enim ut in depictis canalibus multiplici  
bbb

xiv



16 PHYSICA SPECIALIS

rivo dispersis videre licet, totius corporis figuram ita disponunt ac distribuunt, ut omnes sane corporis partes, si maxime eadem extenuentur, venulis ubiq; refertae ceantur. 2. de hist. an. 3.

X L I.

Arteria, nupta a quasi arteria a conato scilicet aere vel spiritu sic dicta: etique corpus simile temperie frigidum & siccum, quod duplice tunica contextum ex cordis medio sinu inter sinistrum & dextrum ejusdem ventriculum enascitur, detinens spiritum & vim vitalem ad subiecta corporis membra, usq; hoc modo vivificationem: cordis; ventilationem & refrigerationem praestans, quod ipsum ex seipso moveatur, sanguineque secundum proportionem nutritur & scissum aut disruptum non quam renascat. 3. hist. an. 3.

X L II.

Neq; verò ut Aristoteles alicubi innuere videtur, non secus ac vena, arteria quoq; ipsa sanguinem vehunt in corpore: sed ut alibi idem docet, spiritum potius vitalem, quam sanguinis etiam vocem forte ibi intelligit a corde reliquis membris contribuit tuniq; propria pulsus, quem Medicus contra statione pro viribus ægri explorandis tangunt, instrumenta. 1. de som. & vig. c. ult. 3. de hist. an. 3.

X L III.

Spiritus autem hoc in loco illa dicitur in corpore animato contenta pars aërea, quæ est purissima & sincerissima seminis portione enata est, calida & sicta, quaque anima ipsa seu primario organo suas in animali operationes efficit & abtolvit. 2. de gen. an. 3.

X L IV.

Pro ut autem quatuor sunt magna membra principalia, è quibus primariaæ animæ functiones atque

## DE ANIMATIS.

17

atque operationes promanant. Ita quoque quae  
dupliciter traditur discretus & distinctus spiritus,  
quippe, cor vivendi functionem obtinet, in quo  
est spiritus vitalis: 2. Cerebrum intelligendi mo-  
vendiisque & sentiendi virtutem includit; cui est  
spiritus animalis. 3. Spernaturi nutriendi facultatem  
habet, in quo est spiritus naturalis seu *imprimitu-*  
*ris*, concupiscibilis: 4. Valens eternatica & telles  
generandi vim obtinent, in quibus est spiritus ge-  
nerativus. Hec diversitas pro diversitate opera-  
tionum & accipiatu, verissima est: Essentia tamen  
ratione & respectu unicus tantum est spiritus e  
corde productus ac in & per omnia corporis mem-  
bra transfusus. 2. de gen. an. 3. Gal. de util. Resp.  
1. & 7. de dect. Hipp. & Plat. 6.

## XLV.

Hactenus de partibus similaribus duris & siccis:  
sequuntur similares humidz & molles, ac primò  
quidem cerebrum quod *γράτις ιγνίφαλος* dicitur,  
quasi ē τῆς κεφαλῆς quod suum in capite locum ha-  
beat & situm & quidem in antiqua capitinis parte con-  
cava propter eum scilicet respectu cordis usum, ut  
calorem cordis crescentem restinguat & attempe-  
ret, non secluso tamen primario illo officio, quod  
est, ope & opera spirituum animalium intelligen-  
di, sentiendi & movendi operationem administra-  
re: unde & *δηκνύειν καὶ πεπλάτεν*, id est, Primari-  
um & principalissimum membrum habetur Plato-  
ni, 1. de hist. anim. 7. & 3. de gener. an. 10. 1. 2. de  
Part. an. 7.

## XLVI.

Ἐπὶ δὲ ἡγεμόνῳ μόσχοι σύμμετον ψυχέσθαι τὸ  
φύσιον τοῦ κοσμοῦ ὑδατός καὶ γῆς εἰνατέραντος λένε  
τοι ποιῶντες τὴν καρδίαν θεμότερον τοῦ ζεύς, i. e. Cere-  
brum est pars corporis frigidiissima, naturam & cum  
bbb 2 aqua

18 PHYSICA SPECIALIS

aqua & cum terra communem habens; ipsis animalibus, à natura inditum, ut cordis calorem ac fervorem mitiorem & temperatiorem reddat. 2. de part. an. 7. 2. de gen. an. 4. Lib. de sens. 5.

XLVII.

Est enim cerebrum è molissima quadam substantia medullari seu quadam velut spuma seminis genitalis sincerissimè conflatum, in que ipsa crania cavitate collectum & positum, ut ibi spiritum gigneret & moveret animalem, quo potissimum animæ actiones, intellectio scilicet, sensatio & motio in corporibus administrantur perficiunturque; Finis à provida natura quoque prudenter observatur, qui est cordis calorem innata frigiditates attemperare, unde etiam in homine in pumis cordi velut per lineam *Argyronum*, seu perpendicularē superpositum constituitur. 2. de part. an. 7. 10. & 14.

XLVIII.

Partes cerebri sunt vel substantiales seu inhaerentes, vel cohaerentes seu continentes. Substantiales partes rursus vel sunt anteriores vel posteriores; à situ & loco ita dictæ. In antiqua enim parte cerebrum sicutum est propriè dictum: In postica *magistratibus*. id est, Cerebellum reperitur. Cerebrum autem rursus inibi in tres distinguitur ventriculos, in dextrum sinistrum ac medium. Dexter cerebri ventriculus est illa cavitas, quæ supra dextrum in capite oculum habetur. Sinister vero illa, quæ supra sinistrum oculum: Medius denique interstitium est inter cerebrum ipsum & cerebellum.

XLIX.

Cerebellum autem posterior cerebri in occipite,

para

## DE ANIMATIS.

19

pars substantialis, memorie sedes, & tactu & specie diversam à cerebro formam habens: 1. tactu quidem, quia cerebrum anterius mollius est, ex quo nervi sensorii, id est, illi, qui sensum membris contribunt, exoriuntur: Posterior vero cerebellum durius est. 2. Specie autem, quia cerebrum albius est: Cerebellum vero subcineritium. 1. de hist. an. 16.

## L.

Cohærentes seu continentes cerebri partes duæ sunt, quæ usitatè meninges, *μένιγγες*, id est, membranæ vel matres dicuntur, harumque illa, quæ exterior & crassior est, ipsumque cerebrum capitis cranio annexit, dura mater vocatur; illa vero, quæ interior est, magisque tenuis & proximè cerebrum quasi fasciola quædam tenuissima & mollissima ambit, sanguinemque, quo cerebrum nutritur, in se continet; Pia mater ob id nuncupatur, quod hac læsa animal penitus lœdatur, & vivendi vix illa potestas relinquatur. Galenus *ὑπὸ τοῦ πατέρος* nominat, quod proximè membrana hæc cerebrum ipsum ita ambiat & foveat, ut foetus in matre à chorio, panniculo sic dicto, sovetur. 1. de hist. an. 16.

## L.I.

Potò etiam ab ipso cerebro aliæ quædam procedunt partes, numero scilicet 4. quarum 1. est *intus*, seu vermiculus aut vena vermiformis, et que vena quædam rubra & oblonga, quæ ventriculis cerebri annexa in modum lumbrii seu vermis terrestris vel elongatur & extenditur, dum ipsos cerebri ventriculos claudere intendit: vel contrahitur, dum eosdem aperire annuitur. Gal. 16 de us. par. c. 10, & l. 9. c. 4.

bbb 3

z. Eß

## 20. PHYSICA SPECIALIS

## LII.

2. Est illa quam ritè mirabile vocant ideo, quod sit membrum ex mirabili arteriarum & venarum contextu, cerebriq; medulla in formam retis dispositum & convolutum, inter os summitatis vel circumcis palati: & pelliculam seu membranā cerebri duram collocatum, facitque ad generationem nutrimenti pro iphis spiritibus: quin in eo ipso quoq; spiritus animalis per vitalis concoctionem elaboratur.

## LIII.

3. A cerebro protensa portio, caruncula dicuntur. Sunt autem carunculæ binæ in anteriore cæpitis parte circa frontem cerebro subjectæ substantia ratione parum distantes a cerebri essentia, quippe paulo saltē cerebro sunt duriores & solidiores, ita quidem à natura constitutæ, ut sint prima olfactus & præcipua organa: aliás processus mammillares dicuntur.

## LIV.

4. Est os basilare à basi seu fundamento dictum. Est enim ipsum hoc os ex quinque particularibus compositum & quasi basis seu fulcrum cerebro supponitur, multis foraminibus pervium, ut exinde nervis descensus & quibuscumq; superfluitatibus exitus patere queat.

## LV.

Hæc de cerebro sequitur de sanguine; cuius nomen duplii in primis modo & à Physicis & à Medicis usurpatur: vel conjunctim, pro ut scil. omnes quatuor corporis animati humores complectitur, quæ rā ἡ τριχήτρος ιχόμητα contentæ corporis partes Hippocrati dicuntur: & sunt 1. αὔγε, id est, sanguis. 2. φλέγμα, id est, pituita. 3. γόλη ζεοθύ, id est, bilis flava. 4. γόλη μελαγχη, id est bilis atra seu melancholia: id est, melancholia seu succus melancholicus;

## DE ANIMATIS.

21

licens; aut disjunctim, ut primum illum ex hisce,  
maxime discretum sincerum ac temperamentum,  
naturam vernum seu calidum & humidam denotat,  
qua in significacione acceptius sanguis sic definitur.  
*Et ἡ αὕτη πλάστα τον τερπνόν ζόος τῆς εὐά-  
γκειας, ὑπέρ της τοῦ θερμού, id-ειτ, Sanguis est ultimum  
alimentum, in animalibus sanguineis; calidus &  
humidus. Hipp. l. de gen. & de Nat. hum. Gal. in  
def. Med. Aristot. 2. de Part. an. 3. & l. 3. de hist.  
anim. 19.*

## LVI.

Calidus autem dicitur sanguis ratione officii &  
per accidens, *κατὰ τοὺς σόβανος*, quatenus est in  
corpore & ab optima per condione elaboratur, per  
quam & i. similibus supervenit & per sanguinem,  
rubrum ipsum Epat potteā quoque rubet: non  
contrā. Per se autem frigidus est sanguis, cūm  
sit de natura aqua & ob id congelari etiam queat.  
*8 de hist. an. c. 19. 2. de Part. an. 3. Hipp. in l. de  
Gen. To ἀνθρώπου τὸν τοῦ φύσεως θερμόν τὸν διά-  
δικτον θεματίζει.*

## LVII.

Cumque per totum corpus sanguis velut dis-  
fundatur; nusquam ramen extra venas vagari re-  
peritur, præter in solo corde, & quancunque  
carnis vivæ & incorruptæ incidentis partem, sanguis  
ex illa effluer, qui & ipse in exilissimis venis con-  
traerit videtur. 3. de hist. an. 19. 3. de Part. an. c. 5.

## LVIII.

Prima autem sanguinis naturalis origo est ipsum  
cor, ut puta, in quo primum omnium, antequam  
totum corpus formetur, sanguis exoritur, quo de-  
inceps reliqua corporis membra soveantur & nu-  
triantur. 3. de Part. anim. 5.

bbb 4

Quod

## LIX.

Quod si igitur sanguis integer & sanus sit, rubet & dulcis est saporis, nec admodum vel crassus vel tenuis: sed verò natura vel morbo fuerit vitiosus, albior videtur, vel potius atrior & cogi non potest, cum sit purulentus. Hoc autem discriminis est inter sanguinem, qui in arteriis & qui in venis est; ille magis rubet, tenuior est spumosior, & in phlebotomia arteria settâ, subtiliendo prodit in altum: hic intensius rubet, crassiorque est in vena sectione arcuatam & leniter fluit. 3. de hist. an. 19.  
4. Mct. 7. Gal. l. Quod sanguis in arte.

## L X.

Animalium autem sanguineorum optimè se habent ea, quæ calidum, tenuem & maximè siccum habent sanguinem, quippe quæ una & corporis viribus & plurimum ingenio valent. Multa verò sanguis copia multi calor is est indicium, & corpora ipsa melius erigit. Unde & ceteris animalibus homo erectior. 2. de Part. an. 2. 3. de Part. an. 6.

## L XI.

Pituita altera humorum quatuor species <sup>χείρων</sup>  
<sup>ποτέστατης τῆς περάτης τροφῆς</sup>, id est, est utile excrementum primi alimenti, seu est humor subacutus, tenuis & siccus insipidus naturæ hyemalis, seu frigidus & humidus à natura id habens officii, ut sanguinis ardorem mitiget, bilisque in primis fervorem extinguat & attemperet: frigidis etiam corporis partibus nutrimentum præstet. 1. de gen. an. 18.

## L XII.

Hic autem duplex 1. vel naturalis, quæ sine coniunctione sapore est & concoctionis virtute facile in sanguinem

## DE ANIMATIS.

23

sanguinem transit: quin imò cum ipso sanguine,  
in venis etiam per corporis membra defertur:

2. Vel non naturalis, quæ est quadruplex: 1.  
Vitreæ, à forma & consistentia vitro persimili sic  
dicta praxagone, quæ maximè est frigida & ob id ca-  
lido in loco conclusa, in corpore ingentes crucia-  
tus excitat; 2. Dulcis illa, quæ ad gustum sic de-  
prehenditur, & cum screatu non raro expuitur.

3. Acida, quæ item in screatu ad saporem talis  
deprehenditur, estque quoad frigiditatis qualita-  
tem quasi inter priores duas media, minus scilicet  
quam vitrea frigida, magis verò quam dulcis.

4. Salsa rursus sic à sapore appellata estque talis  
vel ob putredinem vel ob admistam quantam sero-  
fam humiditatem. Gal. 2. de Loc. mal. aff. 18. de Pla.  
Hipp. & Plat. & in def. Med.

## LXIII.

Bilis flava à colore sic nuncupatur: frequentius  
tamen sola bilis voce indigitata accepitur: Estque  
humor tenuis ac levis, ipsi sanguini instar spumæ  
supernatans naturam extivam in qualitate calida-  
& siccâ obtinens, pro eo usu ac fine, ut & venis  
calorem sanguinis juvet, porosèque carundem pe-  
netrando aperiat & in intestinis excretione cunctetur,  
id est, Excretricem facultatem promoveat. 2. de  
Nat. facult. ult. 1. de diff. febr. 6.

## LXIV.

Estque duplex: 1. Naturalis, quæ rursus aut ex-  
pedita ~~moderata~~ moderata & utilis est, quæque  
adhuc alimentaria una cum sanguine per venas de-  
fertur; aut immoderata & superflua, quæ à natu-  
ra propriam suam sedem in vesicula bilis sub epatis  
cavo agnoscit & egressa per ductus in intestina de-  
fertur, ibique excretionem adjuvat. 2. Non na-  
turalis, quæ quadruplex adsignari potest: 1. Attribu-  
b b b 5 dñs

24 PHYSICA SPECIALIS

As, id est, Vitellina à luteo ovi nuncupata, cuius colore respondet: & in venis generatur: 2. ~~venas~~ id est, Porracea, à porri colore & hexam ven- triculo gignitur: 3. ~~ad~~ ~~venas~~ aruginosa, ab arugi- nis forma, qua item in ventriculo nascitur, ut & sequens 4. quam ~~liverum~~, glasteam dicunt, cui & Galeni ex aule bilis species addi potest. G. I. de art. bil. 2. prog. c. 3. L. 10. de simpl. med. fac. c. de bile.

L XV.

Atra deniq; bilis est humor crassus in sanguinis fundo propter suam ipsius gravitatem subsistens temperiem auctumnalem & terrestrem, id est frigidam & siccam obtinens, cum finem obtinens & usum, ut acrimoniam bilis suo frigore, suaque sic citate pituita humiditatem lentam attemperet; quin etiam in Ventriculum à liene effusus appetitum excitet. Unde melancholici plerique unque famelic & incontinentes esse soleant. I. de som. c. 3. L. 7. Eth. 14. 4. Prob. I. 32.

L XVI.

Est autem melancholia duplex, vel naturalis, qua turfus aut est temperata & in venas una cum san- guine defertur: vel superflua, que naturalem q: sedem suam in splene occupat, præternaturalis, que atidem duplex, est adusta, qua ex bile flava; vel etiam seipsa nimium adusta nascitur: 2. acida pla- ne & radens; quippe cum in star acris sit, cor- pusq; animalis rodere q: sentiatur.

L XVII.

Porro Melancholicos Philosophus ait esse inge- niosos; ubi de Melancholia maximè attemperata loquitur; que scil. nec nimium in frigiditate, nec in siccitate excessum habet, qualis certè crassis frigidiores & sicciores producit spiritus, quorum ope

## DE ANIMATIS.

25

Opere maximè acutum redditur ingenium: iuxtaq; adp  
 & ποιητέρου τὸ πυχέρον ἀπειλεῖται. οὐδὲν  
 μείζον τὸ καὶ τοξότερον τὸ λεπτότερον. καὶ Φυγέτερον.  
 Sanguis quidem crassior & calidior majus robur  
 efficit: tenuior autem vel fiscior & frigidior virtu-  
 tem sensitivam & intellectivam maximè adjuvat &  
 adauger. sect. 30. pro 1. 2. de part. an. 7.

## LXVII.

Atque hi quidem primarii sunt corporis animati  
 humores, quorum rationem & naturam egregia  
 similitudine à musto perita Gal. ob oculos ponit:  
 In musto enim recenti, 1. quidem adhuc in eo-  
 rum effervescenti ebullitione apparet id quod scil.  
 tenuius est & spuma persimile: hinc aquosum  
 quoddam apparet; tandemq; ipsa pura & aptè con-  
 temperata substantia. In cuius fundo tandem fæ-  
 ces subsidentes habentur: Ita in massa quoque  
 sanguinea conjunctim accepta primùm levior &  
 quedam tenuis spuma persimilis substantia, bilis  
 flava scilicet supernatat: deinde humor subaqueosus  
 est phlegma: feces inferiores succum melancholi-  
 cum constituunt; In his interest temperatissima  
 portio illa, quam sanguinem purè acceptum nun-  
 cupamus. Lib. de atra bile. 4. de us. part. c. 1.

## LXVIII.

Sequitur de adipe & laxe. οὐδὲν τοπελόν εἰναι αἴσιον.  
 παρεμπόρος διάφυσις καὶ τὴ μητέρα τοιούτης  
 καλούσθεντος, id est, adeps est sanguis perbo-  
 nitatem enutriendi concoctus & in partem nutriti-  
 endam carnosam non conversus & absunitus. Fi-  
 nis enim proba constitutionis sanguineæ est  
 adeps & sebum. 3. de histor. anim. 17. 1. de  
 Gener. anim. 8. 2. Part. art. 5. & lib. 3. de Part. an-  
 cap. 2.

Diss.



## LXIX.

Definitio adipis, sebi etiam est definitio: Differunt autem in natura & rite, id est, adeps & sebum. 1. Naturæ qualitate; Sébum enim terrenum magis est, quam adeps. 2. effectu & adjuncto. Sebum fragile usquequaque est, seu undique, cùm refrixit & concrescit: adeps autem durari minimè potest. 3. Subjecto. Animalia enim quæ utrinque dentata: sed cornigera sunt, hæc sebum habent: at quæ utrinque dentata cornua non habent, loco sebi adipem obtinent. 4. Loco seu situ: Adeps intra carnem cutimque solet consistere: sebum semper in fine carnis situatur. 2. de Part an. 5. 3. de hist. an. 17.

## LXX.

Porrò pinguedo ipsa excrementum est bonitate substantia sua salubre, & sèrum atque adeps: si mediocriter in animalibus inexistunt, tunc profundunt, nec enim sensum impediunt, viresque ad sanitatem suppeditant: at si modum excesserint, nocent: quin imò simul sèpè interimunt. 1. 2. degen. an. c. 18 1. 2. de Part. anim. c. 5.

## LXXI.

Omnia autem ætate profecta potius, quam nova pinguedinem recipiunt: pricipue verò tunc, quando jam magnitudinis suæ tam in longitudinem, quam latitudinem certum ac justum modum fuerint adepta; augeri in profundum occipiunt. 1. 3. de hist. an. 18.

## LXXII.

Jam ad medullam. μυελός ἐστι τῆς αἱματικῆς τοῦ φύσης, τῆς εἰς ὑδάν καὶ ἀγριαν μεταξύ οὐδίν τὸ ἐμπέσιφανός πρόποντος πεπλανα πεπλανών, id est, Medulla est sanguinei alimenti in spinam & ossa distributi contentum, conco-

## DE ANIMATIS.

27

concoctumque excrementum. 3. de hist. an. 5. 2.  
de Part. an. 7.

## LXXII.

Oritur igitur medulla ex sanguine concocto &  
elaborato; per causam efficientem, temporem scilicet  
illum, quem ossium complexio & coactio in se  
obtinet, sanguinem ipsum, intus ab ea medullæ  
formam consequentem: Unde etiam medullæ qua-  
litas calida & humida existit. I. 3. de hist. an. c. 5. &  
l. 2. de Part. an. c. 7.

## LXXIV.

Porrò sunt quædam animalia, quæ ob ingenio  
tem, quo prædicta sunt, calorem, nullam omnino  
ad sensum habent medullam: ea scilicet quibus ossa  
robusta sunt, & solida: novellis quoque adhuc  
animalibus medulla admodum cruenta est: astate  
verò proiectis ad laxi vel adipis, pro ut huic illivè  
animal accommodatum fuerit, formam aliquantò  
propius accedit. 3. de hist. an. c. 20.

## LXXV.

Modò de medulla ossium, nunc de carne: ἡ τοῦ μεροῦς τοῖς εἰς μέση σώματος μαλακὸν, θερ-  
μανητὸν υγειον μετάξειν διέματος καὶ δύσης. φλεβῶν καὶ  
δόλων καὶ αρπαγίας τάλαις: σὺν τοῖς τοις φλεβῶν καὶ τοῖς σύ-  
νεκτοῖς πόρων διαπίεσθαι τοφῆς ταῦτα δυνατά.  
μηροῖς τοῖς αρπᾶς αἰσθητήσονται τοποῖ, καὶ εἰς σωμα-  
λημάριον, id est, Caro est pars corporis in sanguineis  
animantibus mollis, calida & humida, quoad  
temperiem inter cutem & ossa constituta, venis,  
nervis & arteriis plena: ex alimento per venas ve-  
natumque poros ac meatus exhalante, à frigore  
concreta, ut sit tactus sensorum, vel primum, vel  
certè proximum cum eo, per quod agitur, con-  
junctum: Et hoc quidem potissimum, Proximum  
enim

28 PHYSICA SPECIALIS

enim tactus sensorium est ipsa substantia nervosa :  
quæ per totum corpus est diffusa : quaq; non caro  
tantum ; sed & viscera & ~~sensu~~ sentiunt. Arist.  
1. 3. de hist. an. c. 16. 2. de gen. an. 4. 2. de part. an.  
3. 3. de hist. an. 13.

LXXVI.

Dissent autem Caro ab aliis corporis visceribus  
non modo in formata corpulentia : sed & in eo,  
quod caro foris posita existat : viscera vero intus de-  
tinentur contenta. 3. de part. c. 13.

LXXVII.

Naturæ etiam in animalibus & in primis in ho-  
mīne caro index esse solet ac potest φυσιογνωμον.  
Quibus enim prædura est caro , ii rardo sunt &  
hebeti ingenio : quibus autem mollis est , ii inge-  
niosi sunt & alacres ac vigilantes. Arist. 2. de an.  
9. & iā l. θυμ.

LXXVIII.

Sequitur de semine. ιντ̄ τὸ σωθέμα τοῦ πίπερος γένεται  
οὐρανὸς αἱματικός , τῆς ἐπιτράπεζης Διοδορόπιπερος το-  
λμαῖος , δηκτὴν χαντέρας θρυππεῖν , οὐρανὸς καὶ λαδιον,  
id est , semen est excrementum utile sanguinei ali-  
menti , quod ultimum in singula membra digeri-  
tur : principiumq; in se habet motionis generati-  
vum : Estq; humidum & colore album , in ipsis co-  
ēuntium vasibus spermaticis genitum & collectum  
1. de gen. an. 17. 2. ib. 2.

LXXIX.

Pertinethuc menstruorum seu sanguinis men-  
strui , quem ut masculi semen ita foemelle in-  
membris genitalibus habent , consideratio , & ex  
Philosopho sic describi potest : τὰ κολπικὰ τοῦ πίπερος  
εἰσὶ τῆς αἱματικῆς τροφῆς εὐ τοῖς θύλαιοις μετειστῆντα  
γένεσιν συντελεῖσθαι , οὐχὶ συντάξειν τοῦ πίπερος τοῦ πίπερος

## DE ANIMATIS.

19

*videtur, Menstruus sanguis est excrementum alimenti sanguinei in membris genitalibus femelarum, ex quo inexistente idem specie generatur.*  
*de gen. c. 18. & 19.*

## LXXIX.

*De quibus plura inferius : sequitur γάλα,*  
*id est, lacte. Est autem γάλα τοῦ παραγόμενον τοῦ λακτικοῦ σπέρματος, id est, Lac est excre-  
mentum sanguinis utile, idq; partus quidem tem-  
pore, alimenti externi gratia in mammillis elabo-  
ratum & concoctum.*

## LXXX.

*Quod spectat etiam γάλα, id est, coagulum, velut  
pars animalis ē lacte producta : ἐγδή τούτο γάλα  
εἰσι τὸ τοῦ λακτικοῦ σπέρματος παραγόμενον  
γάλαν, οὐ τὸ θηλαττων γαλαζιόν, λετον, id est,  
coagulum est lac ignem in se continens, quod qui-  
dem ex animalis calore tunc lac concoquitur, in  
animalium ruminantium & quidem lactantium  
& 21. 3. de part. an. 15.*

## LXXXI.

*Vidimus hactenus partes corporum animato-  
rum similares : restant ad has quam proximè acce-  
dantia excreta perpendenda. Omne enim ex-  
crementum aut alimenti inutilis est, aut utilis.  
Dico autem inutile excrementum id, à quo nihil  
alterius naturæ suppeditatur : sed potius, quo si  
plus super fuerit, ed magis natura lēditur ac vitie-  
tur. Utile vero contra. 1. de gen. an. c. 18.*

## LXXXII.

*Cum igitur hactenus de utilib. dixerimus inter  
partes excreta de inutilib. aliquid solummo-  
de restat monendum. Ut a. illis ; sic his etiam cert-*

*fus*



30 PHYSICA SPECIALIS

suis non quidem remanendi ; sed secedendi naturalis locus est destinatus. Sic e. g. excrementis sic ex alimento locus est alvus & intestina : humidis vero vesica. In qua loca si excrementa constuant & colligantur, eorum emissio utilis est & salubris : retentio & suppressione periculosa. i. de gen. an. c. 18.

LXXXIII.

Quam in rem Scaliger. 2. de plant. 339 ἡ μη non esse dictum excrementum. Multa enim sunt καρπα, quae non excernuntur. Utramque vocem τῶν περὶ n. Nam excrementum & superfluum est & consignificat excretionem. Quin ἡ μη οὐ πέρι τῆς γυχνας non fuerit, quin insit ἡ σεβαστικη. Atque pars bona languinis est nimia, nunquam veniret excreimenti appellatione. Supervacuum & supervacuum Cicero, apud quem an excreti vox inveniatur nescio.

LXXXIV.

Pertinet hac pilorum cornuumque contemplatio & unguium, de quibus item Scalig. l. 1. p. 185. Empedoclis versus sunt apud Arist. 4. Meteor.

Tαῦλα, τρίγες κοτύ φύλακας κοτύ οἰωνῶν περὶ πυρί<sup>185</sup>  
κοτύ λεπίδες, λινότητες επὶ σιβαρεῖσιν μέλασται.

Verum alias alia causa est. Nam nec squamæ nec pennæ excrementa sunt neque pili vel mugilli, vel aquilæ, vel equo : sed partes officiales adeo, exque vel utiles, vel etiam necessariae. Quanquam aquilæ vita non pendet a pennis : vita ulius pendent tamen. Pili vero in homine nulli necessarii ; quidam vero adeo inutiles, ut etiam impediant vitæ usum ; cujusmodi sunt ii, quos in superiori labore mystaces vocant græci. Nam quod ait Galenus ad regendum homini datus à natura, tollit ejus prudentialiam,

## DE ANIMATIS.

dentiam, simulque elevat eorum fidem, quæ de  
ipia prædicabat. Exædificasse nobis manum, quæ  
futura sit ὁρατος ὁρατων. Ceterum in cadaveribus  
pili crescunt, cùm tamen illorum iis nullus sit fu-  
turus usus.

## LXXXV.

Θεῖς μὲν τοῖς πίεσθαι ταῖς ζάναι, συστικαὶ γενέται  
λεπτοὶ οὐκ εἴναι τοις διεγειρθεῖσιν αἰδημονίαις  
ορθοὶ εἰσεχεῖ, τοις διεγειρθεῖσιν αἰδημονίαις  
επορθός γενομένοι, id est, Pilus est pars animalium  
pedestrium & viviparorum excrementicæ, flexilissi-  
quæ & tenuis siccaque ex humore per cutem eva-  
porante & exhalante, viisque frigoris concrescente  
& induresciente constituta. 3. de hist. an. 10. 5. de  
gen. an. 3.

## LXXXVI.

Sunt autem pilorum alii σύμφυτi vel ὁμοζήτει,  
id est, Congeniti, ut Comæ ai κόμαι, seu capillis  
βλιφαρίδεis, id est, cilia: ὄφεις, id est, supercilia:  
alii vero ὑστεροφλεῖs, id est, postgeniti, ut in aliis  
partibus postmodum reperi; ut in pube, pectore,  
sub alis, circa tempora, circa os & in mento. Un-  
de πάγων, id est, barbæ appellatio. 3. de histor.  
an. II. 7. de hist. an. c. I. 2. de Part. an. II.

## LXXXVII.

Ἄσφιλοι οὐκέτι εἰσὶ τεῖχες θρογγίστησιν καὶ φυ-  
λακῆς χάει, id est, Capilli sunt pili in capitibus cra-  
nio pro eodem operiundo & tegendo muniendo.  
que à natura constituti. 2. de Part. an. c. 14.

## LXXXVIII.

Βλιφαρίδεs 3 τεῖχες εἰσὶ συγκέντις ἵπποι πίεσθαι  
τοῖς βλιφαρίδοις, βλιφαρίδων πέρος τὰ δύματα πεσσοπλέωτα  
τεῖχες, id est, Cilia vero sunt pili congeniti in pal-  
pebrarum extremitate eo fine & nū, ut ambitui

adhærentes ea, quæ in oculos incidere possint; præcaveant & avertant. 2. de Part. an. c. 15.

## LXXXIX.

Ορεγίς ἡ εἰσιτεχνία συγκέντης τοῦ τοπερών περιοδού  
θέτεις ὑπὸν, οὐτας εἰς τὰ ὄμυστα διὰ τῆς περιφερείας  
καλλιεργεῖται διότι κατάστησιν, id est, supercilia  
sunt pili congeniti & quidem sub fronte in ossium  
compagine ideo locati, ut humores à capite versu-  
sus oculos pergentes & delapsos prohibeant, & ve-  
lut imbricamentum quoddam avertant. 2. de  
Part. an. c. 15. 3. de hist. an. c. II.

## XC.

Τοιχίον vel potius πόρων απλύθει τῶν τεχνῶν τῶν  
υτερογένεων, οὐτοὶ τῶν σταγόνων, οὐτοὶ τοσούτων, οὐτοὶ το-  
γχέντων, id est, barba est copiosa pilorum multitudo  
ad certum ætatis tempus generatorum & quidem  
vel in maxillis, vel circa os, vel in mento. 3. de  
hist. an. II.

## XCI.

Ad crinum disquisitionem pertinet η περιοδού  
Id est, canities, Pindarus:

Φοντας καγγέασιν εὐδρόσιν

εἴτε ολίστη παρ' εἰσοδῷ καγόνον οὐλικίασσο.

Εἴτης τῶν τεχνῶν οὐτοὶ τοσούτων μωρῶν λακόντων; id  
est, est pilorum candor ex putrefactione humorum  
ortus. I. 3. de hist. an. c. II.

## XCII.

Neq; solus homo canescit: sed & alia quæcumque  
bruta pilosa: ipsa râmen canities luculentissimæ  
in homine, quam in aliis deprehenditur, frequen-  
tiusque in eodem accidit, idq; ob nimiam huma-  
ni cerebri frigiditatem & humiditatem copiosam.  
Unde putrefactio ejusmodi facile suum habere po-  
test exortum: in primis in libidinosis. Nemo enim  
aptes

## DE ANIMATIS.

33

antequam coire incipiat, facile canescit, sed à  
venereo potius coitu id consequitur. 3. de hist. an.  
n. & 3. de gen. c. 3.

## X C III.

Hec de pilis: jam de unguibus & cornibus. Un-  
guis ergo est pars animalium quorumque pede-  
rium excrementitia, solida & sicca, in extrema  
digatorum parte ex humore exrementatio terre-  
sti, sicco & lento, salutis & defensionis gratia  
pregnata. 3. de hist. an. 9. 4. de Part. an. 10.

## X C IV.

Habent ungues omnia animalia, quibus sunt  
digi. Digi. vero omnibus iis sunt, quibus pedes,  
excepto elephante. ipsa: umque ungarum &  
unguium, quin & cornuum colores pilorum colo-  
rem imitari videntur, nisi quod unguis in homi-  
ne aliquantò pellucidiores ob moderatissimum  
temperamentum & splendidam cutem. 3. de hist.  
an. 9.

## X C V.

Cornu vero non est pars animalium pedibus  
multiscissis præditorum exrementitia, sicca & du-  
ra, in fronte vel ad frontem ex terreno excremen-  
to ad natum rūm defendendi, rūm repellendi gra-  
tia. 1. de Part. an. c. 1. 2. de hist. an. c. 1. 3. de hist.  
an. 9. & 3. de Part. an. c. 2.

## X C VI.

His ita explicatis, scilic. similaribus ad partes  
jam dissimilares pergimus, quarum principales  
sunt primariae ab Aristotel. quinque assignantur:  
1. κεφαλή, caput. 2. αὐχὴ, collum. 3. ἤρηξ, pe-  
nis. 4. βραχίονεσθο, id est, duo brachia: & 5.  
πεδάνθο, duo crura. 1. de hist. an. 7.

ccc. 3

K. 25.



34 PHYSICA SPECIALIS  
XCVII.

Κεφαλή ειτ μέλος καὶ μόσχος σώματος αὐθαιρεστέρη,  
πεζῶν τὸ πον ἔχει τῆς τεσσαρῆς λιφτίσσωμάριν καὶ οὐκέπα-  
λε γοῦ τε τῶν ὁργάνων αἰσθητικῶν οὐσιών, id est, Est mem-  
brum vel pars corporis dissimilares primo & supre-  
mo omnium loco posita & quidem pro cibi assu-  
mendi usu, cerebri muniendi causa & instrumen-  
torum sensitivorum gratia. I. de hist. an. I. 2. de  
an. c. 4. 2. de Part. an. 10.

XCVIII.

Partes principes capitis sunt κράνος καὶ πέπον  
πον, id est, Calvaria & facies. In calvaria rufus est.  
I. κράνος, id est, Sinciput: 2. & hiol occiput. 3.  
κρένη vertex. Sinciput quidem capitis pars est an-  
tica. Contra occiput est ejus pars postica. Vertex  
pars est capitis inter sinciput & occiput media, ubi  
æquamentum est ipsorum capillorum. i. de hist.  
an. 7. & 2. de Part. an. 10. Gal. 2. de us. part. 15.

X.CIX.

Est porro Capitis κράνος propriè dictum & κράνος.  
Κράνος διτί κράνος dicitur, id est, à galea,  
cui forma ratione simile est, officiisque similis an-  
atomia convenit. Επι τῆς κεφαλῆς εργον προσύλο  
παραγνωδίης πανεχιόδιον, μάλιστα οὐκεφάλες είνεις,  
id est, Cranium est os capitis rotundum ac rarum,  
membrana omni carne destituta circumdata, —  
cerebri in primis muniendi & custodiendi causa,  
pilosī capitis parti proximè adhaerens; Ipse autem  
panniculus nervosus proximè ita totum ambiens  
cranium & velut capillorum fundamentum, cui  
ipsi hærent infixi, κρανίον appellatur; ut in aliis  
Periosteon. Gal. in def. Medicis.

C.

Craniū vero in canib[us] quidem unicum planē  
foli-

solidum & integrum os videtur; in aliis tamen non item: sed totum illud ex pluribus ossibus compactum, & præsertim in homine ex 6. numero, si ossa temporum ac frontis anumeremus, constituitur; idque serratili quasi juncturâ, quæ  $\varphi\alpha\phi\eta$ ,  $\varphi\alpha\phi\delta\eta$ , id est, sutura propriè appellatur. <sup>Ἐστὶ δὲ φάσις τοῦ περὶ τὸν καρπὸν πέρι τοῦ στόματος, ἡ σύζυγη, id est, sutura est pars vel junctura ferrata in calvaria. 3. de hist. an. 7.</sup>

## C I.

$\Pi\acute{e}\sigma\omega\pi\eta$  altera capitum pars, calvariam subsequens, vel secundum anticam partem calvariae subiecta & quidem glabra ac sine pilis ex aliis, & scilicet constituta: quartum prima est  $\mu\acute{e}τωπ\eta$ , id est, frons. 2.  $\chi\acute{e}\rho\zeta\alpha\phi\eta$ , id est, tempora. 3.  $\delta\varphi\delta\alpha\lambda\mu\eta\eta$ , oculi. 4.  $\chi\acute{e}\alpha\zeta$ , aures. 5. Nares. 6. genæ. 7. Mentum. 8.  $\tau\acute{e}\mu\eta\eta$ . Os. I. de hist. an. c. 8.

## C II.

$\dot{\mu}\acute{e}τωπ\eta$ , id est, frons est pars faciei eminentior, syncipi subiecta proximè, interque ipsum ita situata, ut eo ipso inferius: superciliis autem superioris spaciam habeat & ad latera temporibus terminata contineatur, in cuius membrana exteriore, si contrahatur, rugæ oriuntur  $\tau\acute{e}\lambda\delta\eta\delta\epsilon$  nuncupata. l. 1. de hist. an. 8. & l. Physiog.  $\dot{\mu}\acute{e}τωπ\eta$  βραχίονες:  $\mu\acute{e}τωπ\eta$ , δικτυα: πλάτυ, εὐρυτηρι: εἰς δὲ οὐδὲ φρεγα: γυραγι.

## C III.

$\kappa\acute{e}\lambda\alpha\phi\eta$ . (Unde Hom. homines vocat πλάτωνες τάρπες) id est, tempora sunt partes faciei in fine frontis propè oculos situatae, ubi ob copiam & nobilitatem nervorum in primis laesio externa praæcavenda fuerit, ut puta, quam totius animalis destinatio facilimè consequi potest. 1. de hist. an. c. 1.

O oculis in partibus suis pars est oculorum  
quae pars oculorum est. Tunc in hoc capitulo oculum corporis  
tum ex oculorum alijs tenui visu etiam deponit. Nam oculum  
modus, quem in tunc oculi auctoritate id est, Ocu-  
lus est pars faciei, sub frontem & supercilia posita  
& quidam ex purissimo humore a cerebro per po-  
ros excreto generata & conflata, primum ac pro-  
ximum visionis sensorium in se habens. 1. de hist.  
anim. 9. 2. de gener. an. c. 4. 2. de Part. an. c. 10.

## CV.

Partes oculi sunt duplices, vel inherentes, vel  
adherentes: adherentes & oculum ambientes  
sunt cilia & supercilia. Item palpebrae & anguli:  
Palpebra est membrum seu membrana oculo mu-  
nitionis gratia adjuncta, estque duplex in exterior &  
superior, quarum haec ad conciliandum somnum  
maxime facit, luci scilicet & splendori ingressum  
ad oculos prohibens, eosdemque velut obtegens  
& occludens. Dicuntur a perpetua palpitatione,  
seu tremulo motu, sed ita ut superior sit, mobilis:  
inferior autem immobilis. ibid.

## CVI.

O: uero, id est, anguli oculorum duo itidem  
sunt, alter ad nasum proximus, & major, pectus  
T: parvus, id est, ab adsperrando seu irrigando di-  
ctus. In hoc enim angulo caruncula quedam spon-  
giaosa, quam scaturiginem dicunt, latet, unde la-  
crymæ exprimuntur: alter versus tempora conspi-  
cit longè minor & connivens & dicitur meatus  
quasi dicas mea tu ahi, id est, prope aurem loca-  
tus. 1. de hist. an. 9. 2. de Part. an. 3. Gal. l. 10.  
de us. part. II.

## CVII.

Inherentes rursus oculi partes duplices sunt,  
vel

vel *constitutivæ*, id est, constitutivæ; vel *operativæ*, id est, operativæ. Partes inhærentes constitutivæ rursus alix sunt internæ, alix externæ quoad vi- sum. Externæ sunt 1. *λαδηνός*, id est, album oculi, vel albugo. 2. *μέλανος*, id est, Nigrum. 3. *ζεράνης*, id est, pupilla. 1. de hist. an. 9. & 5. de gen. an. 1.

## C VIII.

*λαδηνός*, id est, Albugo, tunica quædam alba-  
est, quæ cæteras oculi partes omnes ambit & com-  
plectitur: nigrum verò proximè ab albugine con-  
tinetur, variisque imbutum conspicitur colorib.  
Pupilla denique humor oculi est interior, quo vi-  
demus, transitus scilicet. secundum Medicos uæ  
in oculo tunicæ, quo species visibiles ad chrysal-  
linum perveniunt humorem, cuius splendor seu  
nitor *χάρις* nuncupatur. 1. de hist. an. 9.

## C IX.

Partes oculi internæ sunt vel *ζεράνης*, id est, tuni-  
ca seu membranæ; vel humores. Tunicarum ocu-  
li sunt 4: quarum prima, si ab exteriore incipiatur,  
est membrana illa, omnes oculi internas partes  
obtegens; quæ græcis *ιπποθύρος*, id est, adnata,  
aliás conjunctiva, vel etiam consolidativa appelle-  
tur: ideo scil. quod oculum capiti conjungat & à  
pericranio, quæ frontem operit & ab interna pal-  
pebrarum membranâ exorta, suo robore totum  
membrum soveat & obfirmet. Integra planè est  
hæc oculi tunica, nisi quod circa Iridem tantum-  
modo perforata appareat. Unde etiam à Medicis in  
Anatomia non dissecta traditur.

## C X.

Sequentes verò oculi tunicae distinctæ & secun-  
dum partes interiores & exteriores divisæ tradun-  
tut, ita ut secunda post Adnatam in parte quidem  
externa dicatur *κορνία*, id est, Cornea, ideo

ccc 4

quod

quod cornibus in tenues laminas dissectis ita ut perspici possit, persimiliter pellucereat: In altera vero parte interna οὐληροπονή, id est, Dura eadem nuncupetur ut puta, quae ex duriore cerebri involucro prognata; duræ & solidæ in primis sit substantia.

## C XI.

Tertia tunica passim duas in partes divisa apparet, quarum prior nempe exterior προστάτης, Uva, quod colore suo uvas imitetur, nuncupatur. Interior vero vel posterior ejusdem pars ρεγοειδῆς, Latine secundina vocatur, quod scilicet tale, sit involucrum, quale est illud, quo in matrice factus circumdatur.

## C XII.

Quarta denique oculi tunica anticam vicissim & posticam partem habet, quarum anterior quidē προστάτης, id est, Tela aranea, a formæ scilicet & substantia tenuitate dicitur, eaque Chrystillinus humor ab albugineo separatur; posterior itidem a formâ αὐτοῦ βαλανειδῆς, id est, retiformis nuncupatur, quod vitreum humorem involvit.

## C XIII.

Humores oculi sunt 3. quorum 1. dicitur ὑδατοεἶδης, id est, aqueus, ab aquæ similitudine, vel etiam albugineus, ab ovi albumine, quod humor hic intra corneam & araneam contentus specie seu formâ repræsentat: alter paulo est tenacior & viscosior & quidem in retiformi oculi tunica, contentus, qui à forma, qua vitro liquato similis esse videtur, ὑστερεῖς, id est, Vitreus nuncupatur: 3. denique purissimus & lucidissimus in vitro, quasi gemma in annulo, secundum Galen. continetur, & à forma planè instar crystalli pellucida, κρυσταλλοεῖδης,

## DE ANIMATIS.

99

ad eum, id est, Crystallinus vocatur, primarium ipsum  
visionis & immediatum organum.

### CXIV.

Partes denique oculi sunt *receptaculum optimum*,  
id est, nervi optici seu visivi, primum scilicet pars  
nervorum ab anterioribus Cerebri ventriculis  
procedens & ad oculos pertingens, per quos spir-  
itus visivus diffunditur & species visibilium defe-  
runtur, qua de te in lib. de An.

### CXV.

Excipit oculum Auris *ex isto receptaculo tunc nomen habet*  
*in vicinioribus vero organis auctoribus eiusdem organis*  
*& proximis dicitur: ad auctorata exponit, id est, pars*  
*capitis in medio ejusdem circumferentia cum*  
*oculis, auditus gratia ita constituta, ut non tan-  
tum per directum ille sit: sed omni potius ex parte  
& latere. lib. 1. de hist. anim. c. II. & l. 2. de Part.  
an. c. 10.*

### CXVI.

Partes Auris sunt iterum vel internæ vel exter-  
næ: Externæ sunt duæ portiones cartilagineæ,  
quarum superior *auricula*, vel usitatè *alæ auris*, q:  
pars inferior opposita dicitur, nempe auris ala  
forma sic nun. upata: estque in omnibus animan-  
tibus hominem si excepferis, per se mobilis & fle-  
xibilis, inferior verò portiuncula *angulus* ansa auricu-  
læ vel fibra auriculæ appellatur, estque in omnibus  
brutis immobilis, ornamenta in homine ap-  
pensilia recipiens, locus memoriarum & antestationis.  
1. de hist. an. c. II. Plin. l. II. c. 45.

### CXVII.

Interna auris pars est meatus ille auditivus, qui  
gratia *osseum* vocatur, & instar cochlearum, in gyros  
et annos.

## 40 PHYSICA SPECIALIS

& anfractus cyclicos dispositus, in os ~~nasum~~ dilatatum à forma descripto. Ibid.

## C XVII.

Nasum antequam tangamus, quædam quæ Aristotleles in aure omisit, addamus ex Anatomicis. Obducitur aurum, omissa cartilagine & cute, membrana quædam, quam tympanum vocant; transversim obtenta, & sub ea foramen est, quod in cavitatem in osse exsculptam ferrur. In qua tria sunt ossicula, quorum duo mallei super incudem jacentis effigiem præbent. Habet enim incus binos pedes & superficiem dentis molaris duas tantum radices habentis in speciem: malleo vero manubrium & in fine acies quædam retro respiciens prominet; ex qua parte infra vergit mallei tubulus: hic in membranæ quasi initio nervi quinti paris rami malleum ambientes, ipse nervus radicibus illi subiacet. Unde etiam foramen cæcum & tertium ossiculum. Vesal. l. i. c. 8.

## C XIX.

Nasus ergo Græcis p̄s in μήρος ή προσάπευτης καὶ αετωνοῦ ὁ σφηνός οὐκ τὸ τῶν μεταπάτων ή λυκεφάλις συγιττων χάρει, id est, Est pars in facie locata & constituta eo fine & usu, ut in respirantibus quibusque animalibus odoratum administret, cerebrique excrementa recipiat & excernat. l. i. de hist. an. II. l. 2. de Part an. c. 16.

## C XX.

Partes nasi rursus aliae quidem externæ sunt, aliæ vero internæ. Internæ generaliter sunt duæ. 1. οὖν η ἡθοὺς, aut οὖν ἡθεῖδες, id est, colatorium vel cribrum aut os cribriforme. 2. οὐρανᾶδες, id est, carunculæ vel compagines. Externæ vero sunt, 1. περίτηται, id est, aliae 2. μυκτῆται, id est, nates. 3. φεργῆται, id est, Nasi interseptum. Ibid.

Cribrum

## CXXI.

Cribrum nasi seu colatorium à figura & officio suo ita nuncupatum: est superior in intimo nase pars ossea & quidem in formam cribri perforata, eo fine & usu, ut inde spiritus atque odores ad cerebrum deferantur, cerebrique per idem excretio fiat & quæ redundant superfluitates, quasi percipientur, ib.

## CXXII.

Supra hoc nasi cribrum duæ sitæ sunt carunculae à constitutionis suæ cum mammillis convenientia, mammillares dicti processus, id offici à natura destinatum habentes, ut odorem, haud secus ac nervi optici speciem visibilem deserant, olsa, etumq; administrarent. Ibid.

## CXXIII.

1. Alæ seu pinnule nasi sunt partes ejus cartilagineæ, in extremitate narium prominentes, & quidem per se mobiles, in aliis tamen animantibus magis, in aliis minus.

2. Nares autem sunt duo exteriora nasi foramina, per quæ cerebri excrementa & mucus exiuntur, natura consuevit, quæ in quibus animantib. longius latiusq; extensa apparent, ut in catellis Lachonicis, ea olfactu imprimis valent.

3. Medio narium loco interseptum interponitur, muri instar vel parietis intergerini seu interstiri.

*τοις διαρρευσα χωροῖς, id est, ipsum verò inter-*

septum cartilagineum appetat. h. 2. de gen. an. c. 2.

## CXXIV.

Genæ vox non ita strictè hoc in loco accipitur, ut per eam ipsam posterior tantum maxilla, pars intelligatur: sed latè, pro tota scil. faciei illa pars, quæ inter nasum, auresque & os velut circumscripta continetur. Estq; genæ sic accepta vel dextra sub

42 PHYSICA SPECIALIS

sub dextro oculo circa nasi narem dextram comprehensa : vel sinistra sub sinistro oculo circaque sinistram narem contenta . i . de hist. an. c. II.

C XXV.

Partes Genarum principales sunt 1. μῆλος, id est , pomum , quo nomine à forma perito illa pars superior genæ dicitur , quæ proximè oculis subiecta continetur : aliás Mala nuncupatur . 2. γάτη, inferior illa gena , quæ inter maxillam utramque intercepta continetur . 3. σταγόνα, id est , Maxilla , quæ est os quoddam in gena utraq; geminum sub osse frontis locatum & alterum quidem superius , εὐωνυμία dicitur alterum inferius , τετρασταγόνα , quod circa partem anteriorem constituit mentum . ibidem .

C XXVI.

Mentum ergo τὸ θύραιον est pars faciei sub ore seu labro potius inferiore oris collocata, eaque in cunctis animalibus , crocodilo excepto , mobilis . Unde Scal . Ex . 307 . p . 922 . contra Card . Qui mentem & mentum à motu dicit ; melius παρὰ τὸ πεντάλιον germ . Atque an παρὰ τὸ κυνέα : ita ex maxillarum inferiorum unione conglutinatum , ut velut acutum desinens appareat : In quo ipso pili nascentur , quorum copia barbae appellationem soritur .

C XXVII.

Os , græcè τὸ σῶμα est faciei pars , labris binis , altero scilicet inferiore ; altero vero superiore circumscripta & comprehensa , cuius natura ad spirandum animantibus adjuncta est : quaque omnes in stomachum cibi potusque ingeruntur , soniq; & voces emituntur . 3. de Part. an. 1. Gal. l. 16. de us. part. 6.

Oris

## DE ANIMATIS.

43

### C XXVIII.

Oris partes enumerari singulatim possunt hæ  
in primis: 1. χείλη, id est, labia duo. 2. ὀδόντες, id  
est, dentes. 3. οὐλος, id est, Gingiuæ: 4. γλῶττα,  
id est, lingua. 5. ὑπεράνω τῆς γλώττου, id est, palatum.  
6. φαρεγγίς, id est, fauces. 7. συφυλλή, id est, Uva.  
8. ανοιδές της παρεργίας, id est, amygdalæ. 1. de hist.  
an. c. 10

### C XXIX.

Labia igitur sunt partes oris exteriores & qui-  
dem in sanguineis dentatis que animantibus per se  
mobiles ad dentium tutelam, salivam retinendam,  
masticationem rectulis administrandam, itemque  
ad soni vocumque formationem expeditiorem,  
circa os constituta suntque duo alterum superius  
naribus proxime subjectum; alterum vero inferius  
mento connexum. 1. de hist. an. II. 2. de Part. an.  
16. Gal. II. de us. part. I.

### C XXX.

Dentes vero sunt partes ossium in ore contentæ  
maxillisq; insertæ ad incidendum frangendum  
commuinendum & conterendum cibum à natura  
in omnibus sanguineis animantibus (excepto  
avium genere constitutæ. 2. de gener. an 4. 2. de  
hist. an. I. & I. 3. ib. 9. l. 1. de Part. c. I.

### C XXXI.

Differentia dentium, maximè in homine &  
quadrupedibus animantibus triplex est. Sunt enim  
alii ὀδόντες πυκνοί, id est, Incisorii: alii κωνοδόντες, id  
est, Canini: alii denique μυλίται vel γόνθιοι, id est,  
molares vel maxillares. πυκνοί, id est, Incisorii in  
parte oris anteriore sunt constituti ita quidem, ut  
primò statim in oris aperturā conspicī queant, in-  
primis etiam in hominis iusu, unde etiam Gelasini  
dicuntur. Quorum in eodem nempe homine 8  
nume-

## 44 PHYSICA SPECIALIS

numero utrinq; scilicet quatuor reperiuntur, inferius & superius. Deinde sunt canini, canum nempte dentibus quam simillimi, quorum in homine quatuor, utrinque scilicet bini, ad dura cibaria & solidiora conterenda & constringenda apti habentur. Inde molares locantur, numero in homine viginti utrinque scilicet decem, quorum bini extremitate proprio nomine ~~regressus~~ vocari consueverunt. id est, genuini vel perfectiorii, & ~~progressus~~ id est, Sapientes, quod scilicet perfecta tandem eratate, cum homo sape incipit, eidem annascantur. Unde numerus dentium in homine complectus est. XXXII. 3. de Part. an. 1. & 2. c. 9.

## CXXXII.

Circa ipsos utriusque maxillæ dentes caro annascitur, cœu sepes dentium, quæ Latinis gingiva, Aristotel. οὐλα dicitur: Estque usus gingivæ is, ut in ipsis alveolis infixos communiat dentes, ossaque maxillarum vestiat & confortet: quin etiam eadem edentulis dentium loco cibaria assumpta diminuit & atterit 2. de hist. an. 1.

## CXXXIII.

Lingua est pars oris è carne molli porosa & fungosa intercurrentibus venis, arteriis, nervisque & ligamentis, pro sermone efformando, gustusque sensu administrando ita constituta, ut palato subiacens ossi in supra maxillæ parte ad figuram inversi tricorni basi sua destituti V. vel in to mamo literæ Pythagoricæ Y. efformato & ob id vocatis, quibusdam à littera A. λαμβάδεσ nuncupato adhuc teat. lib. 1. de hist. an. 3. Gal. I. II. de us. part. cap. 14.

## CXXXIV.

Propè os in radice ipsius linguae caro est glandulosa & alba, humiditas phlegmaticæ receptrix & sa-

## DE ANIMATIS.

45

& salivæ genetrix, in qua duo sunt pori seu fontes, vel orificia aut foramina, è quibus saliva promanat, eaque ubi saliva deest, clauduntur, rursusque cùm saliva redundat & lingua est humectanda, aperiuntur: tūm ne ipsa, inspiratis in ardentibus febribus exicetur, tūm ut in gustando coadiuvetur.

## CXXXV.

Sub lingua pellicula quædam nascitur, Græcis obid *περγαλατης* vocata, per quam quasi augescens penè immobilis redditur, quin etiam ejusdem respectu duplē patiut affectum, alterum quidem illum, secundum quem *λαυρηδην*, id est, soluta, alterum verò secundum quam eadem est *διδερον*, id est, ligata. *Διγλωσσον φωνης ειναι γλωττη Διγλωσσον.* 4. de hist. an. 9.

## CXXXVI.

Reperiuntur etiam ibidem venæ duæ magnæ, quas Raninas Medici indigitarunt, non alia de causa, quam coloris ratione, ad viriditatem raninam tendentis, è quibus ipsis aliæ plurimæ producent venæ, quæ in angina & aliis lingue passioneibus lingue partiumque circumiacentium commode secantur. Gal. II. de usi. part. c. I. 9.

## CXXXVII.

Palatum est pars oris rugosa & concava supra linguam conspicua & usque ad fauces protensa, ex osse cartilaginoso & panniculo duriore constructa, instarq; cœli aut tabulati cuiusdam consoluta (unde Epicuro ut nihil disciplinas humaniores: ita & Mathematicas morantii Ennius obiecit: dum palato quid optimū sit, judicat, cœli palatiū despexit

(Cic.

## 46 PHYSICA SPECIALIS

Cic. ad retinendum cibum gustumque adjuvandum & aerem vocalem comprehendendum. L. de hist. an. II. & Gal. I. de us. part. 19.

## CXXXVIII.

Faux quidem non est membrum; sed tantum quoddam spaciū post oris palatum ante gillam & asperam arteriam circumscriptum; quo nutritus oris magis magisque angustiores redduntur; quoque aer ad asperam arteriam, cibus ad Oesophagū defertur ibid.

## CXXXIX.

Propè fauces autem ad finem palati, ubi saucē ipsa distinguntur, uva, græcis ἡρπεταῖς dicta reperiuntur, quæ aliās etiam οὐσίαν, aut γαγαγέαν, id est, columella & gurgulio appellatur, estque caro rara & spongiosa è pluribus similaribus carne, venis arteriis & nervis ad formam grani uvæ composita, calidæ & humidæ complexionis, prohibens superfluos ad pectus ad ventriculum delabentes humores, vocem corroborans & confirmans, ejusdemq; modulationem adjuvans, aeris quoque externi intro attrahendi vehementiam infringens, eamq; attemperans: fumum etiam pulveresque & alia facile irruentia pulmonemque lædentia avertens. Gal. I. II. de us. part. c. II. & lib. de oss. c. 8.

## CXL.

Amygdalæ sunt carnes duæ ab utraque fauciū parte locatae, glandulosæ, porosæ & spongiosæ, sanguine etiam ratione glandibus rotundis cum quoddam longitudine persimiles, à natura pro excipiendis superfluis humoribus prooque principio fistulæ arterialis coarctando ordinatæ & consti-

Pati-

## CXLII.

Patiuntur ab ejusmodi humorum superfluorum exceptione quandam sèpè inflammationem & uva & amygdalæ; Uva quidem inflammata, φλεγμόνη στρωτὴ dicitur, vel usitatè & propriè columella, quando nimium per humorē audiorem protrahitur, instarque columellæ protensa conspicitur: amygdalæ verò si inflammantur, αἰνάδες Medicis propriè dicuntur. Ifid. l. II. c. Vocantur & tonsilæ, Toles galli, quod vulgus tosillas, quia in faucibus turgescere solent. Hippocr. Spongiae vocat.

## CXLIII.

Et rot sunt capitis præcipuae partes: sequentes autem colli, quod αὐχὴ appellatur, δὲν ἐστὶ αὐχῆ, id est, à Superbiendo, quod videtur quasi αὐχή dicitur: αὐχὴ δὲ ιππικὴ, Θοάριος αἰορικής, μηδὲ τῆς κεφαλῆς καὶ αριστερῆς τῆς δομέως πεθερᾶς καὶ τετραύσιος φάγησις, id est, Collum est pars corporis dissimilans & quidem inter caput & humeros sita, asperæ arteriæ tegumentum ipsiusque œsophagi munimentum. l. 3. de Part. an. c. 3. 4. de Part. an. 1a.

## CXLIV.

Partes colli duplices sunt aliæ extérnæ: aliæ internæ: illa duæ: Una quidem anterior, quæ τρίχη χιλιαρίς Græcis, Latinis specialiter collum dicitur: altera posterior, quæ ἵππις, id est, cervix vocatur, Internæ colli partes ibidem duæ sunt: 1. τρίχη ἡ δέρμα, id est, alpæ arteriæ. 2. ὁσφάγη, gula. l. de hist. an. 12.

## CXLV.

Collum igitur anterius μηρός in ἐστὶ αὐχὴ, τρίχη  
τριχατὴν τηροῦσσα καὶ θώρακα τῆς φρεγοῦ, περιβλητικα, id est, hæst pars colli antica, inter faciem  
ddd & pedem.

48 PHYSICA SPECIALIS

& pectus locata & quidem gutturis muniendi gratia. Ibid. & 3. de Part. an. 3.

CXLV.

Posterior verò collum seu cervix in pectus & auctoribus & in os & in vena, pars tamen & in arteria, id est, Colli pars posterior inter occiput & dorsum corporis constituta, gula regendæ causa. Ib.

CXLVI.

Ostio pharyngis in pectus & auctoribus & arteriis pars tamen & in os & in vena, pars tamen & in arteria, id est, Gula est pars colli interior postica inter os & ventriculum locata, carnosa ac nervosa, per quam cibus potius in ventriculum defertur.

CXLVII.

Collum excipit pectus: in pectus & auctoribus & arteriis pars corporis animati dissimilares à collo usque ad pudenda vergens. Cujus partes etiam duplices sunt: Vel externæ & hæc quidem antice, 1. venter. Externæ autem posticæ 2. dorsum. 3. nates. Partes Internæ principes ex Arist. sunt: 1. cardia, id est, cor. 2. pulmo. 3. epaer vel Jecur. 4. ventricle, id est, splen. 5. reponit, id est, Renes. 6. omentum. 7. cardia, id est, Ventriculus. 8. intestinæ, id est, Intestina. 1. de hist. an. 7. & c. 12.

CXLVIII.

Pectus propre dictum, non venter, nomen & stabilitate & firmitate; quia pectinatum cum sternone cohæret. in pectus & auctoribus & arteriis & in os & in vena, pars tamen & in arteria, id est, pars thymus & in arteria, id est, pars thymus, id est, Est pars thymus.

## DE ANIMATIS;

49

racis antica ossa inter collum costasq; & ventrem  
eo fine collocata, ut pulmonis & cordis tegumen-  
tum sit ac munimentum. 1. de hist. an. 12.

## CXLIX.

Pectoris partes aliæ sunt externæ, ut mammili-  
æ, aliæ internæ, quarum ipsarum triplex iterum  
discrimen deprehenditur, ita ut eorum aliæ carti-  
laginæ sint, aliæ panniculosæ, aliæ denique  
osseæ.

## CL.

Cartilagines pectoris insigniores quatuor sunt:  
1. à forma sue cum furcula fenili similitudine,  
furcula & quidem à loco superior dicitur, quæ scil.  
sub collo in superiore parte thoracis juxta supre-  
num ossis pectoralis cacumen locata reperitur, ubi  
græci σφαγὴν, id est, mactationem statuunt, quod  
scilicet hic locus mactationi victimarum sit conve-  
nientissimus.

## CLI.

2. Furcula dicitur inferior, quæ in infima ossis pe-  
ctoralis parte locata habetur, & quidem pro munien-  
do ventriculi superiore orificio, cordiq; tegumen-  
tum largiendo: aliás Arab. à forma floris inexpli-  
cati malum Granatum dicitur. Græcis ξόδος ζε-  
ροεῖδης, id est, Cartilago ensiformis. Gal. 8. Anat.  
ad 1. & 6.

## CLII.

3. Pectoris cartilago illa est, quæ cùm in offici-  
lis pectoris, tūm etiam in medio costarum infarcta  
quasi reperitur eò fine, ut & firmior & conyen-  
tior sit conglutinatio & motus undiquaque esse  
possit expeditior.

## CLIII.

4. Denique Cartilago in ambitu spuriarum  
ddd 2 costarum

## 50 PHYSICA SPECIALIS

costarum apparet, & græcis speciatim *καρυόφιοι*  
dicitur: ubi tamen homonymia vocis notetur,  
quæ scilicet magis propriè apud Medicos partem  
illam inferiorem pectoris costis spuriis seu mendo-  
sis, non appositam, sed suppositam significat, quæ  
quidem pars uno in latere Epar, in altero vero  
splenem obtigit & circa umbilicum desinit. Illuc  
enim Melancholia Hypochondriaca stabulari so-  
let.

## CLIV.

Membranæ pectoris tres sunt primariæ: 1. est  
*διὰν Αλγοφερτὸν μέσον τὸ θώρακος*, id est, Panniculus  
interlepiens medium scilicet thoracem, communi-  
ter hodiè Mediastinus nuncupatur: Estque panni-  
culus, qui à furcula superiori per ossis pectoralis  
longitudinem & in posteriore parte per dorsi ver-  
tebras usque ad mucronatam cartilaginem produ-  
ctus, totum thoracem ipsumque juxta pulmonem  
in duas quasi portiones seu lobos dividit, dextrum  
& sinistrum eo fine & usu, ut pulmonis sic divisi  
una parte lœsa non statim altera quoque lœderetur  
& mox tota simul animalis respiratio deficeret, ut  
que in suppuratione & similibus symptomatis tran-  
itus materiæ malignæ de parte in partem prohibe-  
atur & aliò avertatur.

## CLV.

2. Membrana *πλευρα* dicitur, Græcis *χιτων* *ζενὸς*  
tunica subcingens, ab officio scilicet deno-  
minata. Est enim panniculus subtilis & nervosus  
per totum thoracem ita extensus, ut intromissum &  
costas & musculos quoque intercostales vestiat ac  
muniatur. Qui si ab humorum affluxu inflammetur  
aut maligne afficiatur, morbum causat in primis  
vehementem; qui Latinis est lateralis Morbus.  
Græc. *πλευρῖν* cum dolore acutissimo & punc-  
tio.

3. Esk

## DE ANIMATIS.

51

### CLVI.

3. Est septum transversum, ἡ Αἱρεγύμα, sic dictum, quod sit panniculus musculosus & carnosus, duabus membranulis contextus: in postica, quidem parte circa 12. vertebram annexus: in parte autem antica usque ad cartilaginem ensiformem adscendens, ibiq; ossibus pectoris cohærens instar septi cuiusdam transversi, ut à vitalib. membra naturalia distinguat. Unde & Αἱρέμα nuncupatur. Interiore tunica à pleura: exteriorem, versus Epar & ventriculum à peritonæo accipit. 3. de part. an. 10.

### CLVII.

Porrò idem Panniculus quidem συνεχής ī, id est, continuus est & integer: ita tamen, ut tria in se habeat foramina, quorum 1. in dextro latere est, per quod vena cava perque hanc sanguis ad cor devehitur: 2. versus latus sinistrum pergit, quo gula & per hanc cibus ad ventriculū demittitur. 3. denique duodecimæ vertebræ vicinum appetet, quo ramus arteriæ magnæ seu Aorta & per hanc spiritus vitalis ad membra corporis defertur. 1. de his. an. 12.

### CLVIII.

Inter ossas autem partes, pectoris os illud maximum est, quod græci σιγηρον, unde & σιγηρόν, id est, firmitas nuncupant. Estque os unum & continuum Galeno Vesalio tamen in homine triplex, latum & firmum, superiore sua parte velut cornutum apparet, ubi claviculorum junctura est & commissio; seu capulatum aut manubriatum; in parte vero inferiore seu extremo in cartilaginem ensiformem, quæ est propè orificium ventriculi, definit, in primis ad membrorum vitalium in pectorale contentorum & costarum orbiculatum pectoris

ddd 3

## 32 PHYSICA SPECIALIS

ris amplitudinem complectentium munitionem, ac tutelam factum. Ab ossis hujus firmitate & robustiore grandiore & longiori sequentur illi dicuntur, qui pectori latiore praediti sunt. 1. de hist. an. c. 12. 4. de Part. an. 10. Gal. 6. de usl. part. 3.

## CLIX.

Costæ græcis sunt laterales pectoris partes & quidem ossæ ex seminali superfluitate è spine dorsali prognatæ & quidem in octava spine dorsi vertebra initium sumentes & usque in ejusdem vertebram decimam nonam desinentes, idq; in primis in homine, ut sint velut interstitia & circa membra vitalia quasi propugnacula & munita. 1. de hist. an. c. 15. 2. de part. anim. 9.

## CLX.

Exinde communissimus costarum numerus non obscurè aut difficulter elucescit, ut scilicet in utero latere 12. costas computemus, ab octava dorsi vertebra auspiciati & usque in decimam nonam, ejusdem spine vertebram desinentes utrinque; quemipsum numerum haud facilè in ullo homine natura deficere patitur: saxe vero uno in latere quidam 13. habere costas reperiuntur: unde sententia Dn. Philippi Melanchthonis desumpta videtur de numero costarum ante Eym conditam, repartarum in Adamo, 13. scilicet costas in uno Adami latere suisse conditas, è quarum una divini numinis nutu Eva deinde fuerit producta. Vefal. lib. 1. c. 19.

## CLXI.

Sunt autem duplices costæ: aliae scil. verae & integræ seu legitimi, aliae vulgo seu illegitimæ aut spuriæ, vulgo mendosæ. Veras costas illas volumus, quæ superiore situ locatae a vertebris spine prioribus oriuntur & usque ad scapulas, seu medium pectoris os terminantur: cumq; eodem secundum extre-

extremitates cartilagineas conglutinantur & compinguntur, pro pulmonis & cordis apprimè tutiori munimento.

## CLXII.

Nothas autem costas reliquias appellamus, quæ scilicet inferiores sunt & paulatim magis magisque decurrentur, suaque in substantia emollescent, neque in sternum usque desinunt: sed in cartilaginem quandam mollem abeunt idque tum ob alvi extuberationem & ventriculi dilatationem repletii, tum & ob mulieres gravidas ita à natura abbreviatæ. Humanum corpus quod attinet, veras in eo costas 7: 5. autem spurias seu mendozas utrinque numeramus, ut ita in utroq; latere summatim sint: XXIV.

10

14

---

24.

## CLXIII.

A costis deinde ipsius pectoris diversa ejusdem, velut spacia circumscribuntur, quæ ~~τάσσεται~~ Græcis. Lat. Latera cognominantur. Quorum unum, quidem dextrum est: alterum sinistrum: & dextrum sinistro in homine agilius & alacrius ob id, quod ipsa cordis radix versus ipsum directa videatur. Unde etiam majorem & fortiore spiritus copiam & caloris vim eō deferri verosimile est.

## CLXIV.

Hoc etiam loco pectinis mentio non est prætermittenda: quo nomine dici solet os illud, quod à costis exoritur, ibique subter intestina transverso situ locatur, ventrem obfirmat: Græcis ~~πλεις~~ & ~~περιοδος~~: aliás etiam Galeno 14. de us. part. & ~~σφηνος~~ ~~σφηνος~~ os pubis appellatur. Illam autem, quam ex Aristotele & Galeno Dn. Philippus

ddd 4

citat

## PHYSICA SPECIALIS

qitatem appellationem *τηγχιον*, nusquam reperiit, nec  
reperiiri existimat, nisi in recentibus quibusdam  
hoc ipsum imitantibus.

### CLXV.

Externæ tandem pectoris partes sunt mammillæ,  
gr. *Urbos* & *Urbia* vel *μαστοί* etiam *λαττεῖς* *μάστης*,  
id est, ab indagine, quod à lactantibus desiderari  
& inquire videantur. A quo etiam nomine Amazonum  
appellatio traducta est, altera nimirum  
mammarum substitutarum fœminarum: suntque  
mammillæ partes pectoris exteriores, è substantia  
carnea, molli, spongiosa & glandulosa, constitu-  
tæ, ab utraque parte nervis, venis, arteriis inter-  
textæ, pro lactis elaboratorio & receptaculo fætus  
nutritivi, proque cordis inprimis virilis nutri-  
mento.

### CLXVI.

Extrema mammilarum capita seu apices, *πλακέ*  
græci, Latini papillas appellant, circa quas ambi-  
ens quidam circulus appetet, qui Græcis *φᾶς* nun-  
cupatur.

### CLXVII.

Differunt autem mammillæ viriles à femininis  
ratione formæ externæ in primis bifariam: 1. Ca-  
to enim virilium mammilarum spissior & depres-  
sior: Mulierum autem laxior & rarius, magisque  
spongiosa & glandulosa: 2. Extremitas, que pa-  
pilla dicitur, in viris minor & suppressior: in fe-  
minis major & elatior. 2 de his. an. c. 13.

### CLXVIII.

Pectus ita se habet: Venter autem sic; qui Græ-  
cis *παστης*. Est juxta pectora & epigastrum ad id  
oppedit, et in tunc regio non nullas organa, id est.  
Est pars sub thorace locata & quidem ossibus planè  
desti.

## DE ANIMATIS.

15

destituta, in qua Naturalia juxta Nutritionis ac generationis instrumenta continentur. 1. de hist. an. 13. & l. 2. de part. an. c. 9.

## CLXIX.

In medio ventre Umbilicus existit, ἡ οὐραλός.  
dictus, ejusque a philosopho radix, πίζα, nuncupatur; estque, ut Vitruvius & Galenus habent,  
exactissimum corporis humani centrum, quia ipsa  
in parte infraeetus seu Embryo in utero jacens latens  
que alimentum in se recipit.

## CLXX.

Supra umbiculum, ἡ μητρόποσιον locatur, pars scilicet  
ventris superiore loco sub diaphragmate locata, ut  
contra; Pars sub umbilicos inferior, ἡ μητρόποσιον &  
Hipp. ἡ τρέπη, inscribitu: ἡ τετράδιος διομέδει, τὸ κάρα  
τετράδιον μητρόποσιον: horum in μητρόν θεραπείαν η διοφάλλος, i.e.  
Itrum propriè Hipp. nominat, eam Ventris infe-  
riorem partem, quæ inter pubem & umbilicum  
interiacet. 2. aph. 35. in Com. Gal.

## CLXXI.

Potro in utroque latere circa ventrem λεγόντες  
reperiuntur, alias Ilia, quo nomine partes illæ la-  
tæ & molles intelliguntur, quæ ab utroque latere  
circa umbilicum inter infimam seu extremam co-  
stam, & ipsam coxam interceptæ deprehendun-  
tur. Sicut & lumbi, quibus renes adjacent; unde  
& clumbis, quibus lumbi tenues sunt & collapsa:  
sicut exiles quibus Ilia & venter conciderunt.

## CLXXII.

Externæ partes posticæ dorsum includunt: in  
rētrō μήτρα, θράσση, τὸ οἰνάδει, τὸ σύτερον, i.e. pars  
thoracis posticæ, pectori nempe anteriori retrō ves-  
tut opposita. 1. de hist. an. c. 15.

ddd 5

In-



## CLXXII.

In dorso inest *ipxis*, id est, spinalis medulla *receptaculum* ipsa spina dorsi: alias etiam *ipx oben*, id est, sacra fistula, quod per hanc eum canalem medulla à cerebro derivetur, estque os oblongum, molle, varijs vertebris à capite per cervicem & dorsum lumbosque usque in os sacrum productum, omnium ossium prima origo & fons.

## CLXXI V.

Vertebræ autem spinæ, alias nodi, gr. *οπόνδια* et insigniuntur: quod figuram verticillorum referant, harumq; in hominis spina 24. Galenus numerat, ita ut 7. earum cervicem absolvant; sequentes 12. thoracem seu dorsum constituant; reliquæ, in os sacrum desinant, lumbisque annuerentur: Ipsæ autem cuique vertebrarum additæ pinnæ, propriè *άκανθαι* dictæ, eo fine à naturâ factæ, ut sint velut vallum seriei spondylorum peculiaris, estque in spinæ vertebris *αποτελόση* id est, spinalis seu dorsalis medulla, *πολεμὸς* in *τηγῆς* *ένεργεια*, id est, Scaturigo è fonte cerebri effluens & promanans.

## CLXXV.

Os autem sacrum, *τοῦ ιπόν* illud est, quod quinque lumborum vertebris in spina extremis subiectum & substractum, artificiosa & planè admiranda compositione insignique mole è sex ossib. constitutum, sub dorso insequitur, totamq; corporis mollem q; sustentaculum quoddam gestat: alias etiam *όστη*, *ωλάτη*, id est, os latum audit.

## CLXXVI.

Coxæ vero *ίχνα* sunt duo grandia & robusta ossa, utrinq; ad sacri ossis latera compacta, n<sup>o</sup> quorum utroq; sinus est rotundus ac profundus, in quem eum acetabulum principium seu caput femoris inseritur.

Alter-

## CLXXVII.

Alteram externam eamque posicam partem, constituunt οὐλέται, id est, Nates, alias etiam γλῶττες, quo nomine generaliter partem illam corporis posteriorem dicimus, quæ maximè carnosa infra lumbos prominet, pro requie totius corporis captanda: Unde etiam carnosæ nates factæ, nos sedendo ossa atterantur: ubi notandum partem hanc corporis posteriorum in fœminis grandiorum, ut puta à natura ad quietam magis sessionem, quam curiosam discurtionem hac in parte destinatis. Unde & à Poëtis cum cochlearia domi portata comparantur.

## CLXXVIII.

Pergimus hinc ad interiora corporis membra, quorum primum & principalissimum est καρδία, id est, Cor, κάρα, vulgo καρδια. Εστιν ἡ καρδία σταθμός κυκλοποτασιῶν ζωῆς, καὶ ποὺς τὸν αἷμα, καὶ τὸν αἱρετὸν ζῶντας τὰ τοῦ σώματος καὶ αἱρέτας, id est, Cor est viscus, principalissimum animalium, in quo sanguinis fons est & origo; primumque vita omnisque motus ac sensus principium. 1. de part. an. 6. 2. de part. a. 7. 1. de hist. an. 3. & 4. 1. de Vit. & mort. 1. & 1. 3. de part. an. 4.

## CLXXIX.

Substantia igitur cordis est caro inter omnia viscera optimè compresa & compacta, bene spissa, venosa ac nervosa, variisque fibris undique intertexta: ubi tamen notabis, illam carnis cordialis compactionem in aliis densiorem esse ac duriorēm: in aliis aliquantò subtiliorem ac molliorem: & hominum quidem illi, quibus compactione substantia cordialis crassior est, crassiores etiam & stupidiores sunt: quibus vero tenuior ac subtiliores subtiliores & ingeniosiores. 3. de Part. an. 4.

Figu-

Figura cordis communī opinione, eaque satis concinnā pyramidis formam referre dicitur, ita ut ejusdem conus acutus versus dextram in homine præsertim, in quo in primis ad sinistrum latus magis, quam in aliis brutis locatum deprehenditur; declinare ac definere videatur, foliis tamen pilicib, exceptis, in quibus acuta cordis cuspis versus caput potius dicitur. 3. de Part. anim. 4. 1. de hist. an. 17.

CLXXXI.

Quantitas vero cordis non tantum in diversis animalium speciebus, sed & in iisdem variat: Majorque in aliis, in aliis minor deprehenditur. E majore cordis mole, timidius est animal: cuius ratio in promtu est. Quia calor minus unitus est: sed dispersus: Unde mindus eriam spiritus vitales calidi producuntur. Contra in mole cordis minore calor magis unitus magis calfacit & auget spiritus, qui audaciam deinde in animali concitant. 3. de Part. an. c. 4.

CLXXXII.

Officium cordis principale est generare spiritus vitales, esseque δόχειν νοῆν πνεῦμα τὸ αὔρατόν της πλάνης, πάσοντας τὴν καρδιακὸν καὶ αὐθιτικὸν, id est, principium esse & originem sanguinis; quin imo totius vite omnisque motus ac sensus primum ac p̄ceptuum fontem. ibid.

CLXXXIII.

Partes cordis sunt duplices, vel internæ & substantiales: vel externæ & cohærentes. Internæ binæ sunt: scilicet τὸ επαρχεῖον καὶ τὸ εἰσόδημον, id est, capsula cordis & humiditas ejus. Capsula vel capsula cordis est membranula circa totum cor, seu invi-

## DE ANIMATIS.

59

involucrum ejusdem circumtensa, ipsumque  
quasi tunica quædam vestiens & circumdans, tunc  
propter motum cordis faciliorem & tutiorem, tunc  
propter ejusdem refrigerium & humectationem,  
donec vivit, jugem.

## C LXXXIV.

Humiditas igitur cordis in illa ipsa capsula con-  
tinetur, qua corpori perpetuo humectatur & quasi ro-  
re quodam adsperrgitur; ne motu continuo cale-  
factum deum exsiccatur & contabescat.

## C LXXXV.

Dicta humiditas sive *έπειρη* sive *υατερολογίη* pec-  
cet, animal gravissime ledit, si enim deficiat, cor  
ipsum extabescit, ut in marasmo & illiusmodi affe-  
ctibus fieri consuevit: si superflua fuerit, aut sus-  
tacatio cordi continget, aut *μάρασμός*, id est, palpi-  
tatio.

## C LXXXVI.

Internæ sunt interni cordis ventriculi & adhae-  
rentes auriculæ. Ventriculi seu foveæ cordis di-  
cuntur sinuosæ ejusdem cavitates, alias *δέλφινοι*.  
quasi camerae aut cubicula: item *ρηγιαὶ καρδιῶν*:  
suntque cordis ejusmodi numero 3: qui à loco vel  
situ denominari soleant ita, ut ventriculus in dextro  
cordis laterè dexter, exinde appelletur, qui reli-  
quis major & capacior est tactuque mollior, & in  
hoc sanguinis calidissimi copia reperitur: alter ve-  
rò sinistri est, in sinistra cordis parte situatus, stri-  
ctior & angustior, tactuque durior, in quo san-  
guis exiguis & quidem aliquantò frigidus reperi-  
tur. Hinc medius interjacet, medio & mediocri-  
spacio inclusus, è quo arteriam prodire Philoso-  
phus statuit. 3 de hist. an 3.

Auris



## CLXXXVII.

Auriculæ cordis duas sunt membranæ magis minusvè pro majore aut minore animalium specie cartilagineæ utrinque in cordis latere apposita, cujus etiam situs & loci ratione, altera dextra est, altera sinistra: dextra quidem dextro adhæret cor dis ventriculo & superfluum in se sanguinem è venâ cava excipit, ne eodem cor ipsum ægrè aggravetur: sinistra verò sinistro ejusdem adhæret ventriculo & æctis superabundantiam ab arteria venosa excipit, ne nimiùm cor refrigeretur. 3. de Part. an. c. 4.

## CLXXXVIII.

Pulmoverò gr. πυλμων διπλος πυλμων à spiritu, cuius receptaculum est & sic definitur: quod si σπλαγχνον διφores cu degenes sūptē ουντάρχον της ζεωτικης ενέργειας αθωνονται ενεκε, Viscus bipartitum, sanguinis animalibus attributum, dextraque in parte pectoris locatum, respirationis gratia. 3. de Part. an. 3. i. de hist. an. 17. l. de Resp. 6.

## CLXXXIX.

Substantia pulmonis est sui generis carnea; sed laxa prorsus & rara; mollisque ac spongiosa, coagulato sanguini fermè similis, quo respiciens Platio non inconciplè pulmonem ἄλματα μαλακὰ, id est, molle quoddam cordis ventilabrum appellat. 3. de Part. an. 6. & 1. de hist. an. 17.

## CX C.

Figuræ modo Pulmo ad formam ungulæ bovinæ in singulis animantibus respirantibus bipartitus appetet & maximè quidem in oviparis, longè verò minus in homine. l. i. de hist. an. 19.

## CX I.

Officium Pulmonis sic olescribit Philosophus: Pulmo spirandi officio fungitur, qui originem suam

## DE ANIMATIS.

61

Sui motus ex corde accipit, suaque cum elevatio-  
ne & amplitudine, tunc inanitate seu compressio-  
ne progressum spiritus promovet & administrat.  
Cum enim attollitur, influit novus aëris seu spiri-  
tus: cum contrahitur, effluit. 3. de part. an. 6.

## C X C H.

Inde etiam ἀρτηρία ἐστὶν ὡς πολύμετρη τετράγωνη  
τεμνέτων διπλῶν σφρότερος, id est, arterialis est  
Pulmo, ex arteriis tamen levibus quam asperis inspi-  
mis fungosus.

## C X C H I.

Τεμνέται δημητρία, id est, aspera arteria est fistula  
illa oblonga ex annulis cartilagineis & membranis  
nervosis constructa & intertexta, quæ à faucibus  
in pulmonem usque porrecta inibi quasi in duos  
ramos diffunditur, à quibus innumeræ deinde fric-  
tus oriuntur seu cannulae: Estque respirationis &  
formandæ vocis naturale organum.

## C X C I V.

Nominatur autem aspera arteria ob cartilagineo-  
sam substantiam, camque asperam: unde etiam  
eam ὁ ληγὸς την τεμνέτων βρογχὸν καλεῖσθαι, id est, totam  
illam asperam bronchum nuncupant, quo nomi-  
ne scabrum & asperum aliquid denotatur. Gal. 7.  
adan. 5.

## C X C V.

Cæcumen hujus fistulæ seu superior pars, βρογ-  
χὴ φαλὺς, & proptè Larinx dicitur, aut nodus  
gutturis, tribusque constat cartilaginibus, qua-  
rum 1. in antica colli parte eminet & digitis  
contrectari potest, formæque ratione scutiformis  
appellatur. 2. annulo in pollice gestato  
Turcico ad arcum tendendum similis  
vulnus, id est, retroque positæ existit  
ipsius

## 62 PHYSICA SPECIALIS

ipsius laryngis à gula q: segmentum & contra  
ipsam munitum. 3 in medio inter reliquas  
duas q: rimam constituit, & à forma *æquirostris*,  
id est, urcei rostro similis vel cimbalaris etiam ab  
officio & usu nominatur, cum scilicet in hac sonus  
vocalis perficiatur. 1. 3. de Part. an. c. 3. 1. de hist.  
an. 16. de Resp. 4.

## CXCVI.

In medio cimbalaris cartilaginis quædam quasi  
rimula apparet propriissimum vocis formandæ or-  
ganum, quæ *γλωττίς* dicitur, Lingula seu parva  
lingua, similis lingulæ Musicorum, siquidem su-  
premæ fistulæ caput ex laminis arundinum com-  
pactum superiusque impositum est, in cuius me-  
dio foramen habetur; quod eodem nomine salu-  
tatur: super hanc *γλωττίδα* in *πτυχίᾳ* locatur, la-  
ryngis cartilaginem operculum pro claudenda  
aspera arteria additum, ne quid cibi vel potus in-  
eam illaberetur, unde suffocatio animalis facile  
debet pati. 1. de histor. anim. 16. 3. de Part. an. 3. 1.  
de Resp. c. 4.

## CXCVII.

*Αερηγελος ο πλευράς*, id est, arteria venosa est  
arteria illa, qua aër per asperam arteriam haustus.  
vicissim è pulmone hauritur & ad cor refrigerandi  
ejus gratia deportatur: viceq[ue] versa cor fuligines  
infestantes ex eodem versus pulmonem deferun-  
tur, unde patet partim à munere & officio; partim  
à forma sua eandem sic appellari, nemp[er] ab illa  
arteriam; ab hoc venosam.

## CXCVIII.

*Φλεψ δύστελλας*, id est, Vena arterialis vicissim  
à forma quidem constitutionis suæ arterialis: ab  
officio & usu vena dicitur. Siquidem est canalis vel  
fistu-

## DE ANIMATIS.

63

fistula, qua sanguis in cordis ventriculis elaboratus & probe percoetus seu levissime attenuatus exinde in pulmonem nutritionis gratia defertur.

## CXCIX.

<sup>7</sup> Hinc sequitur, cuius vox aliis quidem est παρε<sup>τ</sup>ηδεν, quod est latifiso, vel παρε<sup>τ</sup>ηδεν επιμελεσθι, id est, ab humectando per sanguinem corpore, vel rectius παρε<sup>τ</sup>ηδεν επινελευ καὶ κυρτωθη, quod elevere in gibbum nomen factum autumant: aut denique παρε<sup>τ</sup>ηδεν παρε<sup>τ</sup>ηδεν appellari, à substantia ejus tenera ac molli. <sup>8</sup> Εἰ δὲ σπλάγχνος αἴγαρθες τὸν Διέφρεγμα εἰ τοῖς δύο τροφαῖς οὐδὲν εὐαίρει τὸν επαρθρόν, id est, Epar est viscus sanguineum sub diaphragmate in latere dextro animalium sanguineorum collocatum, propria & nativa sanguinis officina. i. de hist. an. 18.

## CC.

Quoad virtutem & substantiam, Epar est μεγίχρως, id est, massa quedam è sanguine recenti velut coagulata, mollis & rubra, omnium viscerum, excepto corde, sanguine refertissimum: unde & solis animalibus sanguineis hisque omnibus inesse reperitur. 3. de Part. an. 12.

## CC I.

Figura Epatis ea est, ut Epar neque omnino corniculatae Lunæ vel falcatae, neque dividuæ simile appareat: sed medium quandam formam inter has præ se ferat; adeoque intrinsecus cavum, extrinsecus gibbum appareat, quo ipso etiam prominenti ventriculo, seu substerniculo incumbit.

## CC II.

Officium Epatis cū aeternitate vixit, id est, innata temperie beneficio sanguinem generare: quod si vero ex caloris defectu, iusta singulis elabo-

ccc

ratio



64 PHYSICA SPECIALIS

ratio fieri nequeat, aqua sit generatio, quæ ex-  
ānde per omnes corporis partes transfusa, hydro-  
pem producit; vel ejusdem excessu, sanguis adu-  
titur & Epar induratur. 2. de hist. an. 15.

CCIII.

Porrò in ipsam Epatis carnem innumeræ penè  
venubæ dispersæ sunt, in quibus scilicet acceptus  
per venas mesaraicas ab intestinis alimentarius  
succus, qui  $\chi\lambda\delta\sigma$  nuncupatur, in sanguinem co-  
quendo convertitur, & harum quidem aliæ ad  
imam epatis partem cavam tendunt, quarum pri-  
maria & maxima est  $\pi\alpha\lambda\gamma\alpha\mu\alpha$ , id est, Vena portæ,  
aliæ verò in gibbam seu convexam Epatis partem  
sursum contendunt & communī propagine dein-  
ceps in ampla illa venâ coēunt, quæ  $\kappa\alpha\lambda\mu\alpha$  id est,  
Vena cava nominatur.

CCIV.

Venas igitur mesaraicas dicimus illas, quæ in  
Mesenterio ( quasi  $\mu\epsilon\tau\sigma\omega\tau\alpha\chi\tau\eta\pi\alpha\mu\alpha$ , id est, in ipso  
intestinorum centro ) panniculo, quo intestina  
continenter cohærent & involvuntur, compre-  
hensæ cernuntur & passim complicatae chylum ex  
intestinis, ut hirudines fugunt, & ab his ad Epar  
per venam portæ deferunt, ut exinde optimus san-  
guis inibi elaboretur.

CCV.

Vena autem portæ inde dicta videtur, quod q:  
porta quædam sit ante Epar, qua transire chylus  
è ventriculo in epar totum poslit; græcis, ut supra,  
 $\pi\alpha\lambda\gamma\alpha\mu\alpha$ , caudicaria seu truncalis appellatur.

CCVI.

Cava verò vena ex ipsa caudicaria mundum  
et cor-

## 21. DE ANIMATIS.

65

& concoctum sanguinem cum aquoso seu seroso excremento, quod Hipp. l. de al. περὶ φυσικῶν ἀνθρώπῳ, i.e. vehiculum alimenti nominat, hauriens ipsum in cordis sinum dextrum & reliquas corporis partes omnes derivat.

## CCVIII.

Quia & sub medio Epatis concavo seu parte summa sita reperitur vesicula fellis, quæ gr. κύτος οὐρο-ληπτός, id est, Vesica bilem excrementicam recipiens vocatur, longiusculo pyro similis, à cuius collo duo longiusculi canales porrigitur, alter quidem salsum, ubi in purificatione sanguinis superfluabilis in vesiculam dictam exhaustur: alter deorsum, quo bilis ē vesicula in intus in propria pylorum seu ἡπατικὸν expurgatur, & inde feces fistulæ vescunt.

## CCIX.

In sinistro hypochondrio ē regio Epatis situs est Lien. Επάτη ὁ στολὴν στολάγχην αἰματῶδες τοῖς ζάοις ωρὸς Διάθεραγμα εἰς αἵρεσος ιταίροι τὸ τῆς μελαίνης γαλῆς δεκτήν, id est, Splen est viscus sanguineum sub diaphragmate in sinistra corporis parte locatum, atque bilis naturale receptaculum, l. de hist. an. 19. & z. c. 17.

## CCX.

Substantialis vicissim est παγκράμη, id est, Corpus quoddam ē sanguine coagulatum, laxum & velut spongia ratum, dorso ac costis mendoſa quasi alligatum.

ccc. 2

Schema

36 PHYSICA SPECIALIS  
CCXI.

Schema lienis propemodum est oblongè quadrangulare, cava parte sua concavitatem ventriculi amplectens, non absimile lingue bubulæ, seu ut Hipp. mavult, vestigia pedis humani representans: Neque verò tam intente hoc viscus rubet, ut Epar; sed subnigrum est ob sanguinis atri & melancholici copiam inibi contentam.

CC XII.

Officium splenis est, ut per venam grandisculam, quæ in Epate à vena portæ usque in lienem dirigitur, ceu per canalem fæculentum succum sanguinis melancholici excipiat, eumque partim elaboret pro sua ipsius nutritione, partim excretat, ubi atra bilis ad orificium ventriculi delata, suaque acerbitate id constringens appetitum excitat, aut per hæmorrhoidas evacuet. 2. de hist. anim. c. 15.

CC XIII.

Utrinque autem & versus dextram sub Epar, versusq; sinistram sub liene Renes duo locati cernuntur: νεφροὶ δὲ εἰσ τοιλάρχων παταλῶδες τοῖς δύος καὶ αἱ φρεγμαὶ εἰναι μέρη, τῆς τολετῶσς κάτεπτρης τὴν κύτῳ ἀθραζοῦσι, id est, Renes sunt viscus quodam pinguedine obductum sub diaphragmate, utroque animati corporis in latere affixum, ejus excrementi, quod in vesicam destillat, excipiundi gratia. 1. de hist. an. 18. & 3. de hist. an. 17. & 3. de Part. an. c. 9.

CC XIV.

Substantia renum est carneæ, densa & solida, venis ubique referita, pinguedine plurimâ adhaerente: figuræ ratione à parte quidem una versus imas corporis costas retorti renes apparent, ab altera

ter rotundi ita ut magnum phaseoli fructum re-  
präsentent. Eorum munus consistit in hoc, ut  
a quosam & serosam superfluitatem attrahant & per-  
duos illos à renibus progressos meatus excretas di-  
ctos, id est, Urinarios, urinam in vesicam deri-  
vent.

## CC XV.

Estigitur in xviis ueris & latois eis raro vescicam &  
vixi iug. aq. ex. m. t. p. n. r. a. p. id est, Ve-  
sicam est pars animati corporis a natura ad excretio-  
nem humidæ & inutilis superfluitatis ordinata. .  
1. de hist. an. 2.

## CC XVI.

Substantia vesicæ ex duabus constat tunicis ner-  
vosis, beneque compactis & condensatis, triplici  
etiam fibrarum genere intertextis rectarum scilicet.  
attrahentium, obliquarum retinentium, & trans-  
versarum expellentium; collum tamen ejus car-  
nosum est & amfractuosum, ut facilius & diutius  
urinam retineat: habet etiam peculiarem circa  
os musculum orbicularem additum, cuius virtute  
ipsum constringitur, ne præter voluntatem im-  
portunè urina effluat. Qui musculus, ut in anno  
e. p. i. y. z. t. h. dicitur.

## CC XVII.

Forma sphæricè oblongæ est in Vesica, quæ pe-  
nè respondeat urceo, qui secundum fundum seu  
extremitatem obversam amplior & capacior: se-  
cundum orificium vero superius strictior atque  
angustior appetet.

## CC XVIII.

Officium vesicæ notissimum est, aquosum scilicet.  
& sensim desillantem serositatem excrementitiam

eee 3

per

per ureteras recipere, collectamque deinde effundere, quæ ipsa proprie<sup>t</sup>ate, id est, Urina dicitur; cuius differentia secundum qualitatem & quantitatem varia; distincta item & varia contenta, seu sedimenta, harumque ipsarum discrimina Medicorum scholis examinanda relinquimus, & ad corporum corporis, hoc est ventriculum nos conseruamus.

## CCXIX.

Sequitur de ventriculo, nō r̄m r̄gulos; qui à Latinis à ventre, in quo continetur, per diminutionem denominatur: Εν τ̄η κοιλίᾳ μέρος του παρεπόμπεως καὶ της στοματικής περιοχῆς της περιφέρειας, id est, Ventriculus est pars corporis animati, panniculosa & nervosa, cibiligesti receptaculum, primæq; concoctionis naturale instrumentum. 1. de hist. an. 2.

## CCXX.

Substantia igitur ventriculi nervosa est, duabus contexta tunicis, altera externa, altera vera interna: quarū interior tamen nervosior est spissior & longè tenuior, quam exterior, quæ magis est carnosa: quin & interior, cùm sit oblonga, id est, appetitus gratia, & opes immediate fit attrahendum, ideo habet hanc virtutem, id est, fibras seu villos rectos, ἵλκης διωρύξεις ut iisdem, ceu digitis cibum attrahat. Quidquid enim attrahitur, eis r̄tū καθίζει, id est, pro retentione & membra delectione attrahitur: Unde in ejusdem parte non interiore; sed exteriorē h̄s λόγῳ, id est, fibrae seu villi obliqui sunt dispersi. Tunica vero ventriculi interna cùm principaliter ad digestiōnē sit ordinata, ad quam iuxta regulas ex sequente refertur: ideo in vīngulis, id est, villis transverso<sup>s</sup> est adoptata.

Figura

## CCXXI.

Figura ventriculi rotunda est, ut potè cùm totius corporis quasi commune promptuarium sit ventriculus, atque ob id figuram in primis capacem requirat, quam le esse rotundam, ut notissimum hic presupponitur: Ea ipsa tamen sphærica figura à dextra parte in sinistram protensa oblonga, instar ovi magni visu deprehenditur, ea quæ ratione maximè inter se ventriculus humanus & foetus inter se convenientur. Aristotel. I. de hist. anim. c. 16.

## CCXXII.

Neque verò constitutio hinc ventriculi silentio est involvenda, quæ scilicet varia in variis appareat, alia in homine & quadrupedib. utrinq; dentatis, alia in brutis ruminantibus, alia in piscibus, alia in serpentibus, alia denique in avibus. Homo igitur & quæcunque in sanguineo animalium genere vivipara & utrinque dentata sunt, simplicem habent ventriculum ita conformatum, ut duo ejusdem sint ostia seu orificia, unum superius, alterum inferius, non quod loco sit seu situ inferioris, quia & hoc super eminet: sed quod ordinatio successionis.

## CCXXIII.

Superius illud appellatur, quod aliquatenus altiore situ ad sinistram in ventriculo reperitur, ubi mox sub diaphragmate canalis ille angustus, ab ore cibum ventriculo ingerens, inferitur: quem ὁμοφύλων vel σόματος specialiter appellant: Inferius verò paulò inferiore situ ventriculo inest & quidem ad dextram, per quod elaboratus ē cibo

## PHYSICA SPECIALIS

assumto chylus & recrementa evehuntur. Unde etiam πόλωρ<sup>ς</sup>, id est, Janitor seu Portitor dicitur, vulgo Portonarium malunt.

### C C X X I V .

Sed duo hic notanda memineris. 1. Ne in nō minibus erros ac decipiaris; quando alterum superius, alterum inferius orificium dicitur. Neque enim illud planè & præcisè superius est, cùm sanguis in ventriculo vergat ad cor & splenem, neque hoc, quia inferius dicitur, planè in fundo ventriculi infimo credatur situm, cùm aliquantò saltem priore depresso dextrosum versus Epar positum inveniatur. 2. Post adsumptum cibum, ac potum πέριττον τῆς πείνας ἵστηται, pro calore intus concentrando & obsirmando, utrumque orificium clauditur: ita ut non sine turbatione & insigni concoctionis impedimento per intempestivam cibi potusque ingestionem alterum aperiatur. Unde Fernelius queritur, gulam plures, quam gladium occidisse.

### C C X X V .

Ruminantia verò bruta qua duplices ventriculi distinctas classes seu cellulas habent: 1. Gula proximè subjacet, satis capax & lata, cibum leviter minutum recipit, [rumen antiquè] cuius ex eadem resumti & repetiti denuò elaborationem, ruminationem dicimus. Inde ruminatum cibum altera ventriculi cellula excipit, quæ gr. κυνέφωλος dicitur: 3. sequitur aspera satis & anfractuosa, quam gr. οὐρά, Latini Omasum nuncupant: in qua concoctio in superioribus coepit ulterius elaborari pergit: 4. denique concoctionem primam integrè perficiens gr. ἀντεπορ; Lat. abomasum appellatur. 2. de hist. an. 17. 3. de Part. an. 16.

In

## CCXXVI.

In piscibus porrò, & simili quodammodo ratiōne plerisque etiam avibus ipsi ventriculo appendices quædam inferiū, quasi annexæ cohærent. Nonnullæ etiam ante Ventriculum ingluviem, quam gr. πενταστού (ιπδ' ο πενταστός τὸ δέρμα καὶ λαρυγγίου μέρα, εὐθὺς ἡ τεφρὴ σερῶν εἰσῆσθαι, ἀπιστρός ίπ.) præmissam agnoscunt. Serpentes verò ventriculum in longitudinem rectā extensum obtinent. 2. de hist. an. 17. 2. de Part. an. 17. lib. 3. de Part. anim. 14.

## CCXXVII.

Situs autem Ventriculi est sub diaphragmate, in medio corpore, velut in centro, obliquo quodam positi ita, ut pars ejusdem superior sinistrorum declinet: inferior verè dextorum, supra ipsum cor locatur mediante diaphragmate, infra eundem mesenterium & intestina situantur, à destris Epar habet, à sinistris lienem, à parte antica Zirbum seu omentum videt locatum, à postica musculos dorfi & venam magnam atque arteriam super dorsum transcurrentem: ubi tamen & hoc annotabis, maximam partem in sinistro ventriculum latere positum esse, quam in dextro, cum in hoc ipso Epar plus spaciū occupet, quam lien in sinistro.

## CCXXVIII.

Officium ventriculi est nutritivam potentiam administrare, cibum naturaliter appetendo, eumque in chylum transmutando: seu primam nutritionis digestionem & concoctionem perficere; Sunt enim tres potissimæ concoctionum species. ξύλωσις est & in ventriculo ē cibo potuque per oesophagum in eundem in gesto elaboratur: altera est αἱρεψησις, id est, Sanguificatio, qua in

72 PHYSICA SPECIALIS

Epatē chymum, massam scilicet illam sanguineam<sup>9</sup> producit, in qua 4. humores missi insunt, quarum mox in sequitur inibi quedam præparatio & separatio, flavæ scilicet bilis in tellis vesiculam & intestinam: atque in lienem, tandemque etiam aquosa superfuitatis per venas emulgentes in renes & hinc in vesicam. 3. in toto corporis habitu seu in venarum extremitatibus, ubi in cambium sanguis convertitur, quæ est concocta utilis humiditas, quæ à membro unoquoque nutriendo attrahitur, inq; suam ipsius substantiam immutatur.

CC XXIX.

Ventriculoj proximè subjiciuntur intestina r<sup>u</sup>  
m<sup>u</sup>, suntque membra è substantia pancreatici &  
fibrosa composita, ventriculique orificio inferiori  
continua, ut chylum prima concoctione elabora-  
tum ex eodem recipient; ejusque alimentariam  
& inutilem massam venis mesentericis exugendam  
offerant; extremenitatis vero fordes & inutiles per  
sedem deponantur. 3. de hist. an. c. 14.

CC XXX.

Intestina licet continuitate inter se una sint, nec  
disrupta: eorum tamen numerus è diversa formæ  
& substantiæ differentia elicetur: sunt enim horum  
alia gracilia, priora scilicet tria à pyloro orta; alia  
crassiora, magisque carnosa; tria scilicet in homine  
posteriora. 1. ergo intestinum ipsi janitori seu in-  
feriori ventriculi orificio aut exitu annexum ad-  
haret, & gr. ἐνθύμης, id est, Excrescentia; Hero-  
philo διδυκαδίτηλος, id est, duodenum' vocatur,  
quod 12. digitos transversos seu 3. palmos feret  
longitudinis modulo exæquet. Avicena. sen. 15. l.  
3. tr. I. c. 1.

CC XXXI.

Cui in continua coherentia succedit 2. quod  
yng<sup>u</sup>ss

id est, Jejunum dicitur, idque exinde, quia chylum in te haud diu commorari patiatur: sed eundem exceptum illicè ad Ileum subsequens transmittat, idque ob bilis copiam & acrimoniam ad excretionem semper stimulantis.

## C C XXXII.

Ab hoc ipso igitur tertium consequitur intestinum, λεπτόν, ἡ εἰλεῖν, δῶν θεῖλεν, id est, à volvendo, Latinis volvulus, propter amfractus, quos habet, & circumvolutiones varias in dextrum sinistrumque sursum & deorsum: retinet autem gyris suis tām amfractuosis satis diu ipsum chylum, ne latim alterius ingestionē opus sit, unde & Plato non inscītē homini hoc intestinū inesse dicebat, ne ἀριθμοφορητή ἄρεσσεν vitam ageret, continua-  
t̄ illius atque alius cibi intrusione; instar Rossomae-  
cæ aut gulonis animalium voracissimi.

## C C XXXIII.

Hinc crassa sequuntur intestina, quorum specie aliter primum, (communi enim numero in ordine quartum est) τὸ τρόφαρ, id est, Cæcum, aliás etiam monocolum dictum, non sane, quod vel nulum vel unicam tantum habeat foramen, per quod & excipiat & excepta vicissim emittat: ut quibusdam placet: sed potius, quod cum duo quidem etiam orificia habeat, alterum immisionis, alterum emissionis; illa tamen minus, ut in aliis, à se invicem dislocata sint & opposita: sed ambo juxta se, tām parvo discriminae & intervallo disjuncta, ut non nisi consideratē attendenti duo esse apparent: In homine minitissima intekini hujus est longitudo, ita ut quasi ilei appendix quædam esse videatur. In aliis brutis longe majus & ab illo distans reperiatur.

AB

## CC XXXIV.

Ab ileo igitur cæcum intestinum excrements excipit, è quibus cùm pro sui nutrimento exhaustum aliquid recepit, reliquæ feces in subsequens dextruduntur intestinum, quod Colon dicimus, à formâ sc. quasi *κωλες*, id est, vagina Medici tamen vulgariter *κάλος* scribunt ac pronunciant: Estque intestinum maximè amictuolum & sinuosum, in varias cellulas, inque vario flexus, & gyros distinctum, quos ipsos etiam in excretione aridiora stercore, quæ gr. *στεφανα*, imitantur. Situm habetur, ut à cæco initium sumat, indeque versus sinistram circa tenet sinistrum quasi implicantur & involvatur: postea adscendens splenem cooperiat, abhinc circa exteriora versus dextram declinare incipiens, stomachum perstringat, tandemque deorsum se reflectat. Quod ubi à pituita, præsertim vitreâ praxagoræ, vel aliqua flatulenta materia fuerit obstructum, ingentes illos cruciatus excitat, quos loci ratione Colicos dicimus.

## CC XXXV.

Cui intestino sextum & ultimum ita continuum est, ut à quibusdam cum eodem unum & idem censeatur, rectaque à colo procedit: Unde & Rectum intestinum, gr. *Ἄγυρδός*, id est, directum appellatur, vulgè Longon barbarè, puto perelipsin, quasi longâ scilicet via ductum & directum. Unde Monachi aut antiqui Anatomici è Longâ, aut à Longon fecerunt. Estq; illud maximè nervosum & musculosum intestinum, quod supra os sacrum collocatum rectâ protenditur & in sedem rectum usque finit & feces alyi recipit atque excernit. Quæ ipsa ne invitis animantibus excidunt, in extremo hujus intestini ambitu, adstrictiorius quidam musculus *σφιγκτη* à constringendo ejusdem extimo orificio nuncupatus adhæret.

Ubi

## DE ANIMATIS.

75

Ubi enim suppressio fieri debet, seu retentio; con-  
tractus constringitur; ubi vero excretio, resolutus  
laxatur.

## C C XXXVI.

Hæc de Thoracis partibus præcipuis, quibus  
jure etiam suo membrorum genitalium & ~~genit~~  
~~μανην αγειαν~~, id est, seminalium vasorum consi-  
derationem superaddimus: Suntque illa animan-  
tium membra, ~~οπας εις την φύσιν τοις οχείσι συντη-~~  
~~λέσση~~, id est, quæ ad generationem in iis, qui coe-  
unt, facere à natura ad solent: Ea ipsa vero vel ma-  
tri juxta ac fæminæ communia sunt: vel ~~ημα~~ seu  
cuique sexui propria & peculiariter privata. 3. de  
hist. an. II. l. 1. de gen. an. c. 3. & 4.

## C C XXXVII.

Communia igitur genitnræ membra sunt, t  
peccet ~~οργή τῆς θηβαίης~~, ut Gal. vocat: alijs ~~ιντορούς & 2~~  
~~ηβαίης~~, id est, pubes, etique sylva pilorum inibi  
circa os illud extersus ex humoris confluxu per  
spirituum copiam ac calorum generatorum, unde  
etiam fit, ut ii, quibus ejusmodi humorum & spi-  
rituum affluxus deest, Eunuchi aut steriles censem-  
antur. Oriuntur autem pili hi in homine tumo-  
quando generandi facultas aliquatenus fuerit cor-  
roborata, in viris juvenibus circa annum 14. aut  
15. in virgunculis circa 12. Ubi etiam vocis sonus  
variari incipit ac mutari, & in fæmellis mammillæ  
augmentum; in maribus libidinis stimuli vehe-  
mentiorem vim concipiunt. 3. de hist. an. II. 7. de  
hist. an. I. 1. de gen. an. 3.

## C C XXXVIII.

Propria vel maris sunt, vel fæminæ. Maris prô-  
pria organa aut vasa sunt testes, ~~ορχις~~, ~~οχείος & κανε-~~  
~~λεῖς~~. Testes sunt globuli duo, qui membro geni-  
tali,

## 76 PHYSICA SPECIALIS

tali, nempe peni subjacent, cute obducti, semeni  
que genitale maris coëuntis in se excipiunt. Licet  
autem & fœminis interiores attribui posse testicu-  
los cum Medicis non negemus; tamen à marium  
eosdem longè dissimiles, & analogico quodam-  
modo illis respondere nullum est dubium. Quo  
respectu primariò & propriè masculorum testes di-  
cuntur & considerantur. 1. de hist. an. 17. & 3. ibi.  
1. de gen. an. 3.

## C CXXXIX.

Substantia testium nec ejusdem est naturæ, cu-  
jus est caro, nec multum tamen à carne distat; alba  
scilic. lactea & mollis seu glandulosa; forma ipso-  
rum rotunda est & oblonga, ovi instar columbini  
in homine, ita tamen, ut dexter sinistro flexuosit  
erit & fortior, atque aliquatenus grandior, gene-  
randisque masculis aptior: Officium verò testium  
est spermaticum fluorem excipere, innataque vi  
validius confirmare.

## C CXL.

Scrotum vel rectiū scrotum testiculorum exti-  
mat tunica dicitur, qua in mariibus ipsi testes foris  
quasi propendent, ex substantia cutanea, cum  
copia venarum, arteriarum & nervorum inter-  
texta, ad tutelam & defensionem testium semen-  
continentium.

## C CXLI.

Penis, gr. παῦλος Latinis virga, (*ταῦλος*, unde  
*παῦλος*) item priapus est membrum virile à collo  
vesicæ eductum & extrinsecus propendens, è sub-  
stantia nervosa & cartilaginosa, seminis atque  
urinæ emittendæ gratia compositum. 1. de hist.  
anim. c. 17.

Penis

## DE ANIMATIS.

77

### CCXLII.

Penis principales partes dissimilares sunt duæ:   
 1. *Glans*, id est, glans; quo nomine dicitur illa  
 penis extremitas, quæ carnosa ferè est & maxime  
 nervosa, ad cordis fermè figuram vesicæ summita-  
 ti adnata. 2. *Vagina*, id est, cutis ipsa exterius con-  
 tegens, quæ hodiè *anatomia*, *Fistula* *Vagina*, id est,  
 præputium dicitur, licet hæc ipsa vox conjunctim  
 de tota ex glande & cute composita substantia acci-  
 piatur. 1. de hist. an. 13.

### CCXLIII.

Proprium foeminarum organum est *Uterus*, à μῆ-  
 τρᾳ, id est, Matrix seu Uterus: Estque organum in-  
 tra rectum intestinum & vesicam locatum, bene  
 capax & amplum, idque concipiendi feminis &  
 conformandi fatus gratia. 1. de hist. an. 13.

### CCXLIV.

Partes Matricis sunt 3: fundum, scilic. finus &  
 cervix. Fundum dico partem uteri muliebris um-  
 bilico vicinum: Sinus vero est ipsa Matricis cavatas  
 seu receptaculum, factum, ut factus aptè contineri  
 queat. Estq; græcis ὄστις, cui versus collum matri-  
 cies partes quedam angulosæ in formam lunæ  
 crescentis cornutum adhærent, quæ gr. ἀντέταγμα  
 ἀγάνη, latinis cornua dicuntur. Cervix denique  
 vel collum in pudenda dirigitur, pars matricis, mi-  
 nus, quam fundum rotunda, fungosa & spongiosa,  
 cuius extremitas labiis contingentibus termina-  
 tur. Ubi etiam notabis in virginib. Venerem non-  
 dum expertis propè os interius in ipsa matricis  
 service integrum, venosum quendam ac nervo-  
 sum panniculum reperiri consipitatum, specialiter  
 gr. ὅρδις dictum, qui in vitiatis disruptum, unde  
 etiam si Arabibus credimus, sanguinis in primo  
 coitu, qui acerrimus est, profusio quædam prosi-  
 cescitur. 2. de hist. an. 1.

Venae



PHYSICA SPECIALIS  
CCXLV.

Venarum autem in uterum undique dispersarum orificia seu hiantia oscula ( horum enim formam & figuram referunt ) Hippocrati & Medicis priscis *γλυπτόνες* dicuntur , Latinè acetabula , quæ tamen in homine obscurius , in aliis verò longè expressius deprehenduntur , & extremis polypi pedibus sermè similia apparent : idque habent officia , ut exiūti in uterum nutrimentum afferant , menstruiq; alijs sanguinis fluxum promoveant .

## CCXLVI.

Hicce igitur modò explicatis organis , physicus sit cōitus & generatio . Coēunt autem animalia non uno omnia modo : sed diversimodè , alia scil. secundum amplexum vel complexum , ut homines , piscesquæ quodammodo & serpentes , nec non pleraque exsanguia animantia , alia verò per aversionem seu ex averso ut lupus , leo , camelus : item lynx & pleraque crustacea insectavé : alia per consensum . masculo superveniente coitum habent , ut canes , equi , boves . 3. de hist. an. 5. 2. de hist. an. 5. 5. de hist. an 2.

## CCXLVII.

Semine igitur masculi in coitu in matrem muriebrem emissò , venarum illa in utero orificia , quæ cotyledones diximus , aperiuntur , è quibus sanguis in matrem confluit , in quem *σωρεύει* apud *έρη τῆς κινήσεως τὴν γοναῖκαν* , id est , semen secundum ac temperatum , generationis principium in sese habens , naturali virtute agere incipit ; ubi statim id , quod tenuissimum est maximèque calidum & spirituosum in interiora sese recipit ; crassiora verò & magis terrestria , undique extrinsecus circum hoc ipsum & ita quasi circumvallant : dumq;

## DE ANIMATIS.

79

dumq; intimo uteri calore magis magisque exsic-  
cescunt; sensim tandem, non secus ac exterior,  
placentæ in furnum conjecte crusta, in membra-  
nalem formam indurantur.

## CXLVIII.

Hic autem membranæ in primis, quas aliás in-  
volucra & velamenta, etiam fœtus nuncupant,  
considerandæ fuerint, quarum 3. sunt: ita ut 1. &  
omnium extima seu superficiaria sit, quam Græci,  
quod totum fætum undique comprehendat, χό-  
ρος, Lat. Secundinam dicunt; Estque crassa satis  
venis, arteriisque undique contexta, totum uteri  
sinum ambiens, lienisque fermè modò nigricans,  
per quam fætus utero annexus adhæret.

## CXLIX.

2. Involucrum est fascia illa media, quæ à cras-  
sioris sarcininis figura ~~αποτελεῖται~~ appellatur, & se-  
cundinæ quatenus ab illa comprehenditur, vali-  
dissimè adnata apparet. Cui tandem 3. & intimum  
fætus involucrum in substantia sua & forma similis  
fermè apparet, nisi quod & minus capax seu am-  
plum sit, aliquatenus tenuius; Unde & ~~απειρός~~  
id est, membrana agnina, à mollitie scilicet jun-  
orum in primis agnorum appellatur.

## CCL.

Prudens autem naturæ hic agnosce consilium:  
Inter cutem enim ipsius fætus & involucrum inti-  
mum seu tertium sudor fætus, seu pingue & copi-  
osum excrementum colligiur: rursus vero inter  
3. & 2. involucrum, urina fœtus colligitur, ubi et-  
iam per umbilicum meatus ille protenditur, quem  
~~εξεργάζεται~~, a deferenda scilicet urina nuncupant.

## CCLI.

Quibus ita membranulis è crassiore eaque  
eff exte-

## 86 PHYSICA SPECIALIS

exteriorē seminis materia conflatis, id postea, quod interius est, vegeto suo tūm calore, tūm spiritu intus turgescit, primoq; omnium 3. manifestas bullas in semine excitat; & quasi congelat, trium scilic. principiū partium rudimenta, quæ sunt cor, cerebrum & epar: hinc reliqua deinceps membra educuntur, tumq; embryo propriè illa matricis massa dicitur, in cuius jam perfectè constituta membra animæ jam operatio sensitiva & loco motiva supervenient fætus appellationem cīdem tribuit, qui non ore, sed umbilico nutrimentum in utero capitat, caputque, quod sursum antē habuit, jam absolutus invertit & uteri orificio ad-vertit.

## CCLII.

Inversus hoc modo fætus non statim partum insert; sed səpē aliquot dies, quin torum etiam mensem ita in matrice permanet, donec tandem vi ejusdem proxima membrana, agnina scil. per-rupta; urina sudori commisceatur, osque uteri ante toto gestationis tempore occlusum sensim dehiscat: ubi calcitratiōne deinde ipsius fætus, coty-lidones, non sine maximis patientium torsionib; divelluntur, alteraque membrana, ~~adhaerens~~ disrumpitur, laxatilq; tandem omnibus utero in-nexis acetabulis fætus ē matrice prodit & elabitur quidem, ut qui inde exeat, nesciamus & meito admireremur: Avicenna tamen pubis ossa in parte disjuncta secedere opinatur.

## CCLIII.

Atq; de corporis partibus hæc delibasse ē Philo- sopho sufficiat: pergitus jam ad artus, quo nomi- ne Medicis reliquæ in corpore extantes, seu exte- riores corporis animati partes usitate insigniuntur. Ut sunt brachia & crura: Brachia igitur propriè quidem

quidē humano tantum attribuuntur corpori, quorum loco in aliis quadrupedib. crura duo anteriores videntur apposita, nisi quod in simia pedes etiam anteriores brachiis hominum & utri & flexionis motu simillimos esse negari non debeat, præstum cum ea ipsa etiā non secus ac homo, nates habeat, caudam verò ut cætera, non agnoscat. 2. de his. an. 8. 4. de Part. an. 10.

## C CLIV.

Duas autem vox brachii in se habet significaciones: generalem scil. & specialem: generaliter quidem totius lacerti utramq; partem notat, alteram ab humeris usque ad flexilem cubitum; alterum ab cubito usque ad carpum. Specialiter verò partem tantum notat superiorem, quæ cum brevior sit, quam altera inferior maxime propriè Græcis βραχίων à nomine βράχον, id est, brevis dicitur; unde Lat. brachii vox promanat.

## C CLV.

Parres brachii sunt connexæ aut has ipsas connectentes: connexæ sunt 4. 1. ὄμορφος, id est, Humerus. 2. βραχίων, brachium. 3. ὀλίγη, i. e. cubitus. 4. χειρ Manus. Hæc ipse per partes seu juncturnas quasdam sibi connectuntur, uti sunt. 1. πλευρα, id est, Alula. 2. αὔξην, id est, Gibber. 3. ῥάγεως, Brachiale seu corpus, quo interveniente brachio manus cohæret.

## C CLVI.

Utq; de hisce brachii partib. initio aliquid moreatur scil. de connectentib. 1. Alula sive Axilla (Cicero orat. ad Brut. Quomodo vester Axilla Aha illa factus est, nisi fuga literæ vastioris? Nam literam etiam è maxillis & axillis & vexillis & pauxillo, consuetudo elegans Latini sermonis evellit) græci καρκίλην κανονίζουσι την τοιαν βραχίων εὐθεῖαν, id est, pars est communis costæ, brachii & humeri; 2. Gibber vero est communis illa junctio

fff;

brachi

## 82 PHYSICA SPECIALIS

brachij propriè dicti cum cubito, *καὶ ἡ συνέπειται*  
*τοι, καὶ οὐδὲν, id est, secundum quam incurvari &*  
*retorqueri potest manus pectori admota.* 3. Car-  
*pus denique, vel Brachiæ, Arab. Raszetta, scilicet*  
*junctura communis, qua manus cum duobus cu-*  
*biti ossibus longiusculis committitur, octoque o-*  
*ssibus formæ & quantitatis ratione inter se dissimi-*  
*libus constituitur: Dicitur autem ἄργης ἢ ἀργός,*  
*id est, exiccō. Quia scilicet siccior est ea pars, nec*  
*multa carne vestita, unde etiam ea in parte com-*  
*mōdissimè pulsus explorari posse videtur, ut puta,*  
*cum carnositas nulla sensum inibi facile impedit,*  
*queat: idque phrasis illa in praxi Mēdica notat,*  
*qua manum in carpum mittere Medicus dicitur,*  
*i. de hist. an. 14. & 16.*

## CCLVII.

Humeri autem *ἄρη*, sunt ossæ brachii partes,  
duobus constantes ossibus quæ *ἄγρωνάται*, latine  
scapulas vocamus, horumque superior pars seu  
cacumen humeri *ἀκράμνον*: Interior verò illa, qua  
humeris brachium conjungitur, figuram literæ  
græcæ *Σ*, aut potius antiquioris *C* representans,  
exinde *στρυγματίς*, vel etiam *ἄγρυπνος* ab anchoræ  
similitudine, ad quam etiam aliqua ex parte acce-  
dere videtur, nuncupatur: Latini spatulam nun-  
cupant.

## CCLVIII.

Brachium speciatim sic appellatum, est pars  
illa brachii generaliter dicti, superior, quæ uni-  
co esse, quod Adjutorium Latini dicunt, eoque  
oblongo constat: ita ut ubi spatula seu anchoræ  
insigitur, in extremitatem rotundam ad trochlear-  
similitudinem definere videatur.

## CCLIX.

Cui altera pars post anconem, usqua ad brachi-  
ale

ale subjicitur: quæ Cubitus dicitur, eadem autem pars è duobus constat ossibus quorum alterum internum grossius est grandius gr. πύχος secundum Gal. & Dn. Philippum, aliás olene, id est, ulna barb. facile majus nuncupatur: alterum verò extiora versus huic oppositum vulgo facile minus dicitur: Elegātius verò gr. εἰκόνις, id est, radius à figuræ similitudine; vel etiam situs ratione πυρρος, quod subditum in brachio cubito appareat.

## C C L X.

Manus denique quam ὄγηνεν ὄγηνεν καὶ ὄγηνον πέδον ὄγηνεν, id est, instrumentum instrumentorum & instrumentum loco multorum instrumentorum Aristot. nuncupat; eamque ex Anaxagorā αὐλίαι τῆς σοφίας, i. e. causam esse sapientiae celebrat: quin imò aptissima συνηριδιον cum hominis mente confert: Estque pars extrema brahii cubito in carpo annexa τὸ δάκτυλον δέξασθαι ἔργα, id est, dandi & recipiendi sine atque usu homini à natura concessa, à qua πολύχει græc. Lat. multimanus, longimanus, centimanus, nuncupatur. 3. de an. 8. 4. de part. an. 10. Gal. 1. de us. p. 8. Plat. 6. proble. l. 4. pr. 30.

## C C L XI.

Cujus partes sunt primariae dux hæ: 1. τὸ μεζοπέδον seu postbrachiale & ὁ δάκτυλος, id est, digiti. Est autem postbrachiale illud, quod post carpus proxime sequitur, spacium scilicet illud, quod ut ex Gal. colligitur, inter carpum & digitorum radices expletur: specialiterque in se hæc tria continentur. 1. τὸ θήρας, aliás παλάρην φοῖνις, id est, Palma. 2. τὸ ωρθίας, id est, percussio, pars huic è regione opposita: 3. κοτύλη, id est, cavitas manus, quæ aliás vola dicitur, aut in Isag. Medic.

fff 3

regiae

## 84 PHYSICA SPECIALIS

*χοῖλον τῆς χειρός, id est, cavum in manu, quo aquam excipimus & retenemus.*

## CCLXII.

*Θύμας igitur seu palma spaciū est illud, quod inter indicem & pollicem comprehenditūr: ράβδος vero carnosa illa manus pars dicitur, quæ versus volam subtus digitum annicularem eminet: Vola deniq; est media manus cavitas, supra quam est rāgo, pars scilicet illa superiùs elevata, quæ digitis proximè subjecta est & eorundem radices continet: sicut è regione ejusdem versus pollicem rāgo: quo nomine pars illa dicitur benē carnosa & firma elataq; firmissimi digiti, pollicis scilicet monrem in se continens.*

## CCLXIII.

*Digīti vero δάκτυλοι, partes sunt manus oblongiores, quæ articulis intersint & apprehensionem & retentionem cuiusq; objecti facile administrant, numeranturque naturaliter in una manu quinque, eorum: quòd si plures in aliquibus appareant, veri illi non sunt: sed potius ad natūrā quidam ad digitos veros ramusculi, aut certè planè monstrosi.*

## CCLXIV.

*Per omnes autem digitos tria hæc in primis periuntur: 1. ἄρθρος, id est, articuli, quorum eminentiae externæ sunt & dicuntur αὐστροί, id est, nodi, suntque omnes digiti τεκτονικοί unico pollice excepto.*

## CCLXV.

*2. Φάλαγξ, id est, Internodium, quod est spaciū inter inter digitorum nodos intercedens. 3. Ὕπνης, id est, Ungues, in digitorum extremitate, prognati.*

## CCLXVI.

*Porro & digitorum nomina hic non fuerint omissitendas, quorum primum Veneri à Chiromanticis dicatus. 1. Pollex dicitur ab eo, quo præ ceteris pollet robore, Græcis αὐγή, respectu loci, q: ma-*

*nui*

nū aut digitis reliquis contrapositus. Turcis dicitur baschi parmak, q: princeps & capitaneus dicitur. A quo proximus est 2. Index, ab officio scilicet gr. λεγαρος δενι θ λειχη, id est, à lingendo: alias salutaris & salutatorius: quo scil. in salutationis reverentia uti in primis prisci consueverunt. 3. μέσος à situ seu ordine sic dictus, Medius, alias etiam μεταλλη Lat. Impudicus seu verpus. 4. δακτυλίων, id est, annularis, ab annulis in hoc digito gestans; eo quod nervus quidam subtilissimus seu articulo à corde in hunc usque digitum procedit: Unde ita cor citius per aurum confortari vi innata valeat: alias παράμετρος q: medio vicinus. Et iuxta, id est, Medicus nominatur, quod in Medicamentorum aliorumque potionum commissione à Medicis adhiberi soleat. 5. denique & extimus επιμέχος, id est, parvus vel minimus: hodiè auricularis, ab officio, quod eo ipso. κυψαλίδης, id est, aurium excrementa eximi & purgari soleant.

## C CLXVII.

Hæc de Brachio: jam de crure tandem, quod gr. οὐελός, & vicissim nobis partes inspiciendas exhibet, alias connectentes alias connexas: harum quidem sunt 3: 1. μηρος, id est, femur. 2. κνήμη, id est, tibia. 3. πτερη, id est, pes: illarum vero 5. 1. βυθανη, id est, Inguen. 2. φενιανη, id est, coles. 3. ἐπιγλυτης, id est, subnatale. 4. ιγνηνη, seu ἀγκάλη, id est, poples. 5. γόνη, genu.

## C CLXVIII.

Communis enim commissio femoris imarum in ventre partium est inguen:femoris & natum communis junctura, exterior quidem subnatale: Interior coles: Communis autem pars seu commissio femoris & tibiæ, eaq; gibbosa est & ossea, genu, cunus os scuto non absimile, gr. ἐπιγραῦς q: ad supra genu, alias μέλη, id est, mola, vel usitatè patella.

## 86 PHYSICA SPECIALIS

nominatur: Pars verò post genu concava poples dicitur, quasi postplex, quod in posteriora ibi crus plicetur: & ob cruris flexionem à natura factum videatur id ipsum membrum.

## CCLXIX.

Totum igitur illud, quod est à femore in pedem usq; infimum cruris nomine generatim dicitur, licet etiam eadem vox à Celsō & aliis illi tantum parti, quæ à genu ad malleolos usque protensa comprehenditur, attribui, quo etiam vulgaris adagii ratio spectat: genu crure posterius.

## CCLXX.

Femur autem superior est cruris pars coxis proximè subjecta & ad genua usque protensa, unico osse constans, eoque omnium, secundum Gal. in corpore humano maximò: estque id αρθροφυσιον, id est, biceps, id est, duo capita habet, alterum superius, per quod in sinū ossis coxendicis immittitur: alterum inferius, per quod in sinum ossis tibiae inseritur.

## CCLXXI.

Sequitur igitur hinc tibia, quæ pars est à femore usque in pedem porrecta: gr. κνήμη: cuius pars una antica, απτεκνήμη vel προκνήμη, Lat. specialiter Tibia appellata: Postica verò pars benè carnosæ γαστρανήμης & γαστροκνήμης, id est, sura nuncupator. Estque ipsa integræ tibia δίστος, id est, bina in se habet ossa: quorum alterum grandius & interius (versus suram) propriè κνήμη dicitur. barb. facile majus: seu canna major alterum minus & exterius. περάνη, id est, fibula dicitur, alias facile minus & canna minor.

Tibiam

## CCLXXI.

Tibiam pes excipit illa scilicet cruris pars postrema, quæ terræ jam proxima in plantam desinit, premitque in ingressu vestigia. Sunt autem pedis partes præcipuae: 1. ὅπερ, malleolus. 2. ἀστάτος, id est, talus. 3. πλευρα, calx. 4. τάξης, id est, tarsus. 5. πόδιον, id est, planta. 6. δάντυλος, id est digitus pedis.

## CCLXXII.

Malleolos plures cum talis malè confundunt, quos tamen Galenus & alii anatomici accurate discernunt: imæ, inquit Galenus, ab utroque latere tibiæ fibulæque partes, malleoli nuncupantur, iisque gibbi prorsus & omni carne carentes, extra alia prominent: his, quos per multa talos nominant, similes: sed errant penitus. Nam sub his utrinque talus continetur ac unde quaque latens congettatur, ut ne tangere quidem eum queas. Malleoli igitur extra tibiæ fibulæque processum, partes quidem sunt gibbae exteriorie parte ut patet, intrinsecus cavae. Gal. in l. de oss. c. 22. & 24.

## CCLXXV.

Sub malleolis igitur hisce altera ossea pedis pars interius continetur, ἀστάτος, οὐ ἀστάτος, id est, talus firmitatem pedi in stando, ne luxetur, largiens: utimurque talis in lusu: unde ἀστάτοισι dicimus & ἀστάταζομεν, id est, talis ludere, quod apud veteres quatuor talis fieri solebat. Qua de re Cic. i. de div. Item Propert. & Mart. Lucianus in suis Cupid. Erasmus in Adag. Viv. in colloq.

## CCLXXIV.

Est autem talus πτερωτὸς, id est, quatuor constans  
fff 5 late-

## 88 PHYSICA SPECIALIS

Lateribus; quorum 1. quod in gibbum intumescit, *περιστόλιον*, id est, promum nuncupatur. 2. quod cæcum appareat, *ὑποτύπον*, id est, supinum. 3. introrsum respectans, *κανθάριον*: 4. quod extrorsum vergeat videretur. *ἴξιον* est Arift.

## CCLXXV.

Calx à calcando dictus, os scilicet pedis illud durum, quod proximè talis subjicitur, quo à parte posteriore terra innitimus, & in hoc quatuor vertut distinctæ regiones notantur: quarum superior rotunda est, tali proximè conjuncta: altera inferior, qua incessus & calcatio, ut ita dicam, sit, latiuscula, & aliquantum rotunda. 3. est antica, taliorum capiti subdita & è regione magnum pedis digitum respiciens. 4. denique postica est, quæ directè sub tibia non jacet: sed ab illa descensu quodam recedit, rotundamque rutsus formam obtinet.

## CCLXXVI.

*Ταγητός* est & dicitur series illa 4. in pede ossium, quæ proximè ossi calcis & talo adhærent, in quorum dislocatione ordinaria pes altius aliquanto levatus appetet. Horum autem ossium 1. quod ex trinectus juxta tales positum appetet, una parte, qua cum talo jungitur, excavatum, altera vero gibbum, propriè *κυβοειδές* est, os tesselliforme nominatur. Reliqua autem 3. *καλυπτόν*, id est, calciformia nuncupantur.

## CCLXXVII.

Post tarsum planta inequitur, quæ à planicie seu figura plana ut & Græcis, *πεδίον*, quæ vox campana planum notat: dicta, pars est pedis carnosæ, in simo loco positæ, in qua est *τριπόδιον*, quod eminentiam illam in imo pede juxta digitos significat: cui è regione respondet *τριπλωματος*, i.e. callus, altera *γλάρον*, i.e. media plantæ cavitas.

Di-

## CCLXXVII.

Digiti pedum manuum quoque digitis numero respondent. Sed longè iisdem breviores sunt & curiores, ut puta, non tam ad apprehendendum, quam ad premendum solum & incedendum à natura istic constituti, numeranturque plerumque hac ratione, ut 1. omnium sit Magnus, Hallux. 2. Magno proximus. 3. Medius. 4. Medio vicinus. 5. deniq; omnium minimus.

## CCLXXIX.

Hæc de partibus præsertim humani corporis dixisse haec tenus atq; ex Arist. adduxisse sufficiat: cuius sane corporis Forma deinceps essentialis neme de ipsa anima ex eodem restat perpendenda, certisque thesum cancellis includenda.

## QUÆRITUR.

## I.

An fœmina simpliciter sit animal imperfectum, nec ne? N.

## II.

Ansa hujus, an fœmina in resurrectione adhuc fœminæ, an verò viri facti sint resurrecti. Resp. Quod ut fœminæ.

## III.

An dentes sentiant, nec ne? N.

## IV.

An sanguis per Epar rubeat, nec ne? N.

## V.

An catalus dum generatur, Canis canem generat, an verò quando semen in uterum infunditur? A. poft. cum Scalig. Exer. 6.

## VI.

An mulorum productio sit naturalis, nec ne? N.

## VII.

An natura naribus in respiratione abutatur? A. de hist. an. II.

Libro-



## Librorum III.

De

# ANIMA, RESOLUTIO ET CONTINUATIO.

Postquam de materiali animalium constitutione  
hactenus egimus, & quidem ex mente & sen-  
su Peripateticorum Philosophorum Principis, Medi-  
corum in quam plurimis ab Aristotle diffensionibus  
omisis, quin immò repudiatis; sequitur nunc, ut de  
Formali quoq; animalium ratione agamus: scilic.  
et q̄i r̄ns & v̄x̄ns, id est, de ANIMA. Cujus expli-  
cationem sequentibus thesibus è tribus Philosophi no-  
stri libris & qua hos sequuntur parvis Naturalibus  
ut scholastici vocant, conquisitam & collectam pro-  
ponimus.

I.

Animæ scientiam & ob eam, quam in sui con-  
templatione requirit æquib; & ob excellentiorem  
ad eoque admirabiliorem Naturam, meritò c̄n meo  
teic

## LIBRA DE ANIMA

91

ponendam esse cum Philosopho protestamur: ἀλλα τοις στοιχείοις αλλοδαπάνων, οὐ γνῶσαι αὐτῆς τῆς φυγῆς μεγάλως συμβέβησθαι μάλιστα τοις τὴν φύσην. Εἰς δὲ οὐσίαν αὐτῆς τὴν ζώων, id est, appareat etiam, cognitionem Animæ magnum afferre momentum ad unamquamque veritatem & in primis ad Naturalem scientiam. Est enim anima velut principium animalium. I. de an. c. i.

### II.

Duo igitur in primis sunt, quæ circa hanc de Anima οὐδὲ μονenda videntur: quæ a philosopho inveniuntur, dum ait: Ἐπιζητόμενον δὲ θεωρητικὸν καὶ μῶνα τοῦτο τὸ φύσιον αὐτῆς καὶ τὴν δύσιον: εἰδὲ δέ τοι συμβεβηκεῖ περὶ αὐτῆς, id est, Hoc enim inquisimus, ut contemplemur & cognoscamus. 1. naturam & essentiam animæ. 2. Ea omnia quæ circa eandem eveniunt. I. r. c. i.

### III.

Essentiam igitur animæ quod attinet, circa hanc diversissimæ fuerunt Philosophorum opiniones: Quia enim τὸ οὐρανόν Σταύρον μάλιστα θεοφόροι δοκεῖ, καίνος τοι τοῦτο αἴτιόν ει: παρελθόφαρά τοι πιστὰ τὸν οὐρανόν εἶναι χειρὸν δύο ταῦτα παρείστηκεν Φυχῆς φασι διατελεῖσθαι τοι μάλιστα καὶ πεπονισθαι Φυχῆν τὸν κοινόν, id est, Quia enim animatum ab inanimato in duobus in primis differre deprehenditur, motu scilicet atque sensu: sanè à priscis quoque Philosophis hæc ferme duo de Anima dicta accepimus. Quidam enim dicunt & docent maximè animam illud esse, quod moveat, ut Democritus, Leucippus, Pythagorei, Anaxagoras, Thales Milesius, Diogenes, Heraclitus, Alcmæon. Εἰσοι τοι τὸ γνώσην καὶ τὸ μᾶλιστα τὸν οὐρανὸν δοτεθεῖστες λέγοστε τὴν Φυχῆν ταῦτα αἴτια, id est, Alii vero notitiam & sensum attenden-

tes horum principium animam esse dixerunt; ut  
Plato, Empedocles, Critias. 1. de an. c. 2. & seqq.

## IV.

His autem veterum minus probabilibus opin-  
ionibus rejectis ex sententia Philosophi nos Ani-  
mam, quæ per se *ā dūcēt*, non nisi à posteriori  
seu effectu posse sciri & cognosci statuimus, idque  
partim respectu subjecti seu corporis informandi,  
partim respectu facultatum ab eadem & per ean-  
dem producendarum commodissime fieri.

## V.

Respectu igitur corporis ab anima informatiæ  
dem Philosopho sic definitur: *η ψυχή εἰν εὑρίσκεται  
in οὐσίᾳ σώματος φυσικῆς λόγω διναιούσῃ τῷ πόνῳ*  
*δι' ὃν οὐδὲ γάρ τινος, id est, Anima est actus primus*  
*corporis naturalis vitam habentis in se potentia.*  
Estque tale corpus certis organis instructum. 2. de  
An. c. I.

## VI.

In qua quidem definitione in primis *τὸς αὐτολέ-  
χεις* seu Actus notanda est illa divisio, qua aliis  
primus esse dicitur, aliis secundus. Primus qui-  
dem est ipsa forma non operans: sed constituens  
solummodo id, cui inhæret. Quem ipsum ob id  
Philosophus, *ὡς εἰπεῖν*, quasi scientiam esse di-  
cit. Secundus vero Actus est rursus eadem forma  
& quidem operans, quo respectans iterum Arist.  
eundem *ὡς ἔργον*, id est, velut speculationem se  
habere afferit. 2. de an. 2. Scaliger. 1. de plant. p.  
40. Omnis *εὑρίσκεια* indivisibilis est. Sic tertæ for-  
ma una, simplex, simpliciter est. Anima vero sim-  
plex, multiplex, multipliciter. Simplex substantia;  
multiplex potestate, multipliciter objectorum co-  
gitatione, è quibus per instrumenta elicuntur A.

tiones, & Exer. 307. p. 12. Si sciunt, quid sit  $\alpha\delta\sigma$ , quid  $\mu\sigma\varphi\pi$ , quid  $\lambda\circ\gamma\sigma$ , quid  $\tau\omega\pi\eta\epsilon\pi\omega$ . 2. Phys. non ignorabunt, quid est Entelechia. Ac quamquam  $\epsilon\pi\tau\delta\epsilon\chi\delta\alpha$  est  $\pi\lambda\epsilon\sigma\sigma\tau\pi$ : major tamen est  $\pi\lambda\epsilon\sigma\sigma\tau\pi$   $\tau\pi\sigma$  ambitus, quam ut adstringi debeat ad speciei definitionem. Anima igitur est forma substantialis perficiens corpus tale, quale jata descriptum. Neque vero est formae substantialis speciem recipit in intellectum. Non enim in sensu unquam fuit. Cum igitur formam dixeris, intelliges immaterialitatem, simplicitatem, potestatem, perfectionem, informationem. Hoc enim est  $\epsilon\pi\tau\delta\epsilon\chi\delta\alpha$ , quod hinnuit Maro: totosq; infusa per artus. Hoc est  $\tau\epsilon\lambda\sigma$ . Quia est ultima forma sub coelestibus & princeps inferorum, finis ac perfectio. Hoc est  $\tau\epsilon\lambda\sigma$ : posse, ut sit autor omnium functionum, omnium motuum, etiam contrariorum in eodem corpore, cuius potestus est. Hec ibi ille magnus vir & divinus.

## VII.

Licet igitur Actum etiam secundum Animam esse minimè insciemur: scitē tamen & recte non tam ab hoc, quam à primō Actu Philosophus eam definire maluit, ut intelligeretur, ipsum animæ esse,  $\tau\omega\pi\eta\epsilon\pi\omega$  non tam in operatione, quam formali constitutione consistere, utputa principium animatum corpus, quatenus animatum, constituens.

## VIII.

In ordine vero & respectu ad facultates & functiones alia Animæ definitio, quatenus ipsa efficitur vivum earundem principium est, hæc assertur:  $\tau\pi\pi\chi\eta\tau\pi\tau\omega$ ,  $\tau\pi\pi\chi\eta\tau\pi\tau\omega$ ,  $\tau\pi\pi\chi\eta\tau\pi\tau\omega$   $\tau\pi\pi\chi\eta\tau\pi\tau\omega$ , id est, Anima in corpore illud est, quo vivimus, septemque atque intelligimus primo. 2.

Ex

Ex qua postuma definitione ipsas animæ non species, sed facultates primarias seu potestates, vi gorem, sensum, intellectum: hoc est, 1. τὸν ἄρετόν, id est, vegetantem. 2. τὸν αὐθητικόν, id est, sentientem & 3. Αγνοητόν, id est, Intelligentem. Quarum ultima priores semper duas, media priorem, priores autem minimè posteriores includunt, 2. l. de an. c. 3. Quod Scaliger illustrat: 1. de plant. p. 48. Illorum hinc patet error, qui vix informaticem aliam ab anima, etiam ab anima rationali putant. In homine caro nova substituitur, non sine figuræ præscriptione opus hoc attractricis, re tentricis, alteratricis, mutatricis, unitricis: quæ potestates cujus sunt? nonne animæ intelligentis, quæ una est in homine? adeò ut eam Plato συνεγέβησεν dixerit. Complectitur verò has illæ, ceu circulus tres species trianguli, quibus præ trea lunulas addit in ambitu, quasi cœlestem rem, quæ triangula quidem illa capiant ipsæ: at ab illis nulla queant capi ratione. Imò verò quarum proportionio ullis quadratis, aliisvè rectilineis figuris incomprehensibilis est.

Θεοποντὸν δὲ τὸν διαβατὸν περὶ τὴν καὶ τὴν οὐσίαν, καθ' ἡντάξει τὸν ἄνταν, Vegetativa illa est animæ facultas prima ac communissima, secundum quam vita inest omnibus animatis. 2. de an. 4.

Actus & operationes animæ vegetantis sunt. 1. τὸ γνῶνον καὶ τὸ τὴν τεοφήγενονθα, id est, generatio & nutrimenti adsumptio. Τὸ μὲν γνῶνον φυσικόν εἴη τὸν ὑπτηκῆς ἐν τοῖς γόνοις ἔργον, ὃσα τέλεια τὰ ποιῶν ἐπέρχον, οἷος αὐτὸς, id est, Generatio est opus vegetativæ maximè naturale in iis animantibus, quæ

## DE ANIMA.

95

Quæ perfecta sunt cunq; quo aliud sibi simile efficiunt: Cùm enim individuum nequeat; speciem tamen per generationem conservare natura, quantum potest, annititur. 2. de An. 4.

## XII.

Nutimenti acceptio vel in Nutritionem tendit, vel in Auctionem, cuius utriusq; subjectum commune est, ὁμοιότης τῷ οὐρανῷ: ἡ φύσις, id est, corpus animatum, quatenus animatum. Estq; η τροφὴ τῆς θρησκείας εἰς τὸν ζωτικὸν εἶναι τὸν τρόπον, id est, Nutritio est opus animæ vegetantis ad ipsam substantiam animantium faciens, auctio vero αὐξησις τοῦ ζωτικοῦ εἰς τὸν ζωτικὸν θρησκείας τὸν τρόπον, id est, Est opus animæ vegetantis, quo in magnitudinem perfectam corpus animatum accrescit. 2. de anim. 4.

## XIII.

Ubi notandum & hoc fuerit, ὅποι ἀμφορίες αἱ σύδιξετο τὴν τροφὴν λέγεσθαι μὴ γε ἀπιώτερον, τὸν οὐαλίον τῆς οὐαλίας τρέψεται, ἢ τὸ πεπεριθόν τὸ οὐρανόν τὸ οὐαλίον, id est, Ipsū alimentum & contrarium ac dissimile, nutriendo corpori dici posse & eidem simile. Quatenus enim inconcoctum adhuc est neque elaboratum, eatenus contrarium à contrario ali dicitur: Quatenus vero idem jam alteratum & immutatum est variis coctionibus: eatenus simile à simili nutritri est intelligendum. 2. de an. c. 4.

## XIV.

Sensitiva sequitur animæ facultas. οὐδὲν δὲ τοῖς ζώοις ταῦτα οὐχίτως, id est, secundum quam sensus animatibus inest primo: οὐδὲν δὲ τοῖς ζώοις ταῦτα οὐδὲν τοῦτο εἶδων, αὐτὸς οὐλας, id est, sensus vero est id, quod vim habet recipiendi formas seu species sensiles sine materia. 2. de an. c. 5. & ib. 12.

## XV.

Estq; sensus omnis vel Externus vel Internus.

888

Externus



96 PHYSICA SPECIALIS

Externi sensus sunt 5: 1. visus, id est visus. 2. auditus,  
Auditus 3. olfactus, Odoratus. 4. gustus, gustus,  
5. tactus, id est, Tactus. Et hi quidem omnes in iis  
animantibus, quae non sunt imperfecta, nec muti-  
la aut manca reperiuntur: in quibus sane semper  
verus est sensus circa ea, quae sunt proprii ejusdem  
iudicij: ubi vero res, quae sensum vehementer mo-  
vet, incidit, tunc munere suo minus recte fungi  
potest iste sensus. 2. de an. 5. 6. 4. de hist. anim. 8.  
3. de anim. 1. 3. 4.

XVI.

In omni autem sensu 4. in primis bene consideranda fuerint, duo scilicet respectu animalis sensu praediti: & duo respectu objecti sensibilis: & in ani-  
mali quidem *πρόσωπον τραγητον καὶ διωκτικόν πρόσωπον*  
id est, instrumentum & spiritus nervo inclusus: In  
objecto autem *τὸ εἶδος τοῖς τοιούτοις* id est, species  
sensibilis & medium.

XVII.

Merito autem de visu sensuum Nobilissimo pri-  
mo dixerimus, qui multas sane ac varias distinc-  
tiones rerum explicat, idque ex eo, quod omnia cor-  
pora colore sint perfusa; quin hoc ipso sensu ea,  
quae sunt omnium communia sensilia maxime per-  
cipiuntur: Communia autem appello, in primis  
quinq; haec: 1. Figuram 2. Magnitudinem. 3. Mo-  
tum. 4. Statum. 5. Numerum. Itaque visus auditu  
acrior, & in judicio quoque tactu longe acrior. 1. de  
sens. & sensibl. c. 1. 1. Metaph. 1. 2. Meteor. 8. libr.  
de Insom. c. 2.

XVIII.

Objectum visus est *χρήσιμος color, qui est rei per-*  
*lucidae in certo & termato corpore extremitas (εἴ-*  
*ληγμένης ἀκρον) την οὐρανόν.* 1. de sens. & sensibl. 1. 3.

XIX.

Medium autem visus est *ἀλγήσις, i.e. perspi-*  
*cuimus;*

cuum. *Αἰγαρίς* ἢ λίχω, ὁ ἵππος ὄφελος, ἡ γάτη αὐτῆς ἀγέλης, ὁ ἀνθάνεις εἰπεῖν, οὐδὲ δι' αὐτοτερον γένεσις τούτην  
ἢ τὸν ἀγέλην ὑδάπερ καὶ πολλὰ τῶν στεγάνων, id est, Perspicuum  
illud voco, quod visibile quidem est, non per se ra-  
men simpliciter loquendo visibile: sed per alienum  
colorēm: Estq; tale perspicuum aēr, aqua, & multa  
etiam corpora solida. 3. de An. 12.

## XX.

Hec ipsa autem nec per se visibilia sunt nec per-  
spicua per se & simpliciter, nisi aliud illudem adsit,  
quod actu eadem reūdat talia, idque ipsum est τὸ  
φῶς, id est, Lumen. φῶς γὰρ ἐν τέτερην εἶγεται & *Αἴγα-  
ρις*, & *Αἰγαρίς*, id est, Lumen est actus perspi-  
cui, quatenus perspicuum.

## XXI.

Organum vero visus est ipse oculus & in primis  
quidem humor oculi crystallinus species visibiles  
per nervum opticum recipiens & ad sensum com-  
munem, in quo sensuale de re visibili judicatum  
absolvitur & completerur, deferens.

## XXII.

Spiritus vero ad videndum requisitus in nervo  
optico contentus vehitur, qui pro ut variatur: ita  
visus quoque ipse variat. Etenim in quibus spiritus  
iste visivus multus est remota & propinqua vident  
& quidem vel distincte ac perfecte, si idem clarus  
sit & subtilis: vel indistincte & minus clare, si mul-  
tus & turbidus, adeoque crassus: In quibus vero  
paucus ipse reperitur, si pauca remota, non vi-  
denter; & in quibus quidem paucus ille est, simulo-  
que clarus, si propinqua quidem distincte intuen-  
tut, & perfecte: Minus autem remota. In quibus  
vero paucus & turbidus est & crassus, ea nec remo-  
ta vident, nec perfecte discernunt, visibilia & pro-  
xima seu propiora.

## XXIII.

Fit itaque visio non εἰσπομένη ἀλλ' εἰσπομένη καὶ εἰσδοχῆ, id est, non emissione: sed immissione & receptione, intus nimirum species ab objecto visibili productas in oculi humorem crystallinum suscipiendo, idque secundum opticos in modum Pyramidis, non quidem propriè: sed superficialiter & imperfectè sic dictæ, cujus conus in oculo esse concipitur; basis verò ipsa in objecto visibili.

## XXIV.

Post visum sequitur οὐκον, id est, auditus, de quo illud notari potest Philosophi elogium, quod aliena quidem vi, ad discendum & percipiendum aliquid, maximum afferat adjumentum: datusque dicitur esse animalibus à natura, ut aliquid sibi ipsa significant:

## XXV.

Objectum Auditus est ὁ ψόφος, id est, sonus. Επειδὴ ὁ ψόφος κίνησις διαφορά τετραγώνων, ὥσπερ τὰ διτετράδορα δύο τῶν λειψά, οταν μη πρέπει, id est, Tonus est motus ejus, quod moveri potest, ad eum quidem motum, quo illa, quæ jacta resiliunt à levibus corporibus cum quis ea pulsitárit. 2. de an. 8.

## XXVI.

Habet autem motus in sece suas certas species, quarum primariæ sunt: ἡχὴ κοκκίνη φωνή, id est, Echo & vox. Ἡχὼ γένεται, ὅταν δύο ή αἱρέται ίδιος γνωμός, άριστὸς καὶ γένεσις, τὸ διορθωτικόν καὶ καλῶστον θρυφόνιον πάλιν, οὐδὲν απατᾷ, ὥσπερ σφῦρος, id est, Fit autem Echo, quando aëris unus factus, ob vas vel locum, qui cum ipsum terminavit, dissolviique prohibuit, inde cœu pila repulsus reflit: τοιοῦτος γένεται ἡχὴ ἀλλ' οὐτος.

## DE ANIMA.

99

Εποφής: Echo licet semper sibi videatur; non tamen semper clare exauditur.

## XXVII.

Η δέ φωνὴ φοβίσεις εἰναι μόνη χρήσις: Εἴλικνεν vel συμβα-  
πτόσιον, vel αὐτομάτην συγενετικόν γρῆς φοβίσειν ἡ φωνὴ,  
Ἄλλη την πληγὴν θεραπευομένην δίξει, νῦν τούτης εἰν τέτοιο  
τούτης μορίοις φυχῆς περὶ τὴν παλαιώμενην αρπήσιον: Vox est  
sonus animantium siquidem sonus est significati-  
vus per ac propter istum aëris respiratione attacti,  
qui quidem ab anima eo in loco, eamque circa  
partem fit, ubi arteria situatur.

## XXVIII.

Medium autem soni & ejus quidem clare percipiendi ὁ ἄνεις εἰναι, id est, aér est. Minus enim clare etiam aqua statuitur, ut puta, sub qua pisces audire nemo inficiabitur cum Philosopho, sicut nec urinatores, qui res in mari submersas explicantur.  
Ibid.

## XXIX.

Organum proximum est ὁ ἄνεις συμφυτὸς αέρι in-  
genitus, duribusque intimè inclusus, utque Philosophus loquitur. 2. de an. c. 8. ὁ τοιούτοις ἀνεῖς εὔχεται την θεραπευτικόν, id est, qui inquilinus est aurium: &  
is quidem per se ἀκίνητος καὶ ἄψοφος, immobilis &  
soni expers: omnes tamen sonorum species ac dif-  
ferentias recipiens: qui si interdum moveri incipiit, aurium tinnitus oritur, ipsaque ἀκεστὴν διωδε-  
κεις perturbatur: Et in organo per nervum ἀκεστὸν  
duos in ramos versus duas aures divisum, soni con-  
cipiuntur, indeque ad sensum communem, ubi  
completum de iisdem judicium absolvitur, depor-  
tantur. 2. de an. 8.

## XXX.

Sequitur οὐεὶς ὀσφεύσεως, id est, de Odoratu.

ggg 3      η πρᾶ

300. PHYSICA SPECIALIS.

Non alio cunctis nostris sentiendis auctoribus. Nam etiam huiusmodi per nos sentimus. Quoniam. Organum nostrum est aeris nostrum. Et sentimus quod sentimus. Non enim sentimus aeris nostrum. sed sentimus quod sentimus. Quemquidem sensum minus exquisitum habemus. Sed multo, quam plura. animalia, deteriore.

Homo enim obtusius odorem percipit & nihil quidem odorabile sentit absque molestia vel jucunditate, minus scilicet exquisitè olfactus organo constituto: nisi de organo nostrum est organo nostrum non sentimus neque diludimus, id est, olfactus est sensus objecti odorabilis sive male, sive bene olentis. 2. de anim. 9.

XXXI.

Objectum olfactus est in atmosphaera, id est, odor. Est in atmosphaera in iugum et iugum est in atmosphaera, id est, odor est in humido sapidi siccii affectio. 1. de sens. & sens. 5.

XXXII.

Medium olfactus est aer & aqua. Est in atmosphaera et in aqua, olfactus est in atmosphaera; siquidem olfactus per medium omnino sit aut aerum aut aquam. Ibid.

XXXIII.

Tamen sentimus odorem, id est, organum olfactus est sane in homine, cerebro valde propinquum, & quidem dux in fine carunculae, quae ipse per inspirationem quidem quasi hiantes aperiuntur, per respirationem vero dimittuntur & contrahuntur. Efficitur enim sensus olefaciendi per inspirationem in iis, quae nares habent. Unde & ea animalia, quorum nares longius porrectæ sunt, ut catulorum Laconicorum, olfactu in primis valent. 2. de an. c. 9. 2. de part. an. 10. 5. de gen. an. 2. Hinc

## XXXIV.

Hinc γενος, id est, Gustus subit, qui est sensus, quo res, quæ sub tactum cadunt, & quæ alunt, inter noscuntur, estque in nobis acrior, quod tactus sit quidam, qui ipse in homine acerrimus est & exquisitissimus. 3. de an. c. 12. 2. de an. 9.

## XXXV.

Objectum gustus est οχυμος, id est, sapor, qui affectio illa est, quæ à siccitate in humido gignitur, quadam commutatione efficiens, ut gustus, qui potentia est actu & re ipsa sit atque fiat. lib. de sens. & sens. c. 4.

## XXXVI.

Medium aliquod inter objectum sapidum & organum, nullum peculiare intercedit, siquidem sapor non est, nisi in suo subjecto materiali & corpori: Organum autem gustus est ιγλωτη, lingua & ea quidem sic disposita, ut actu quidem humore sapido imbuta non sit, humectari tamen ita saporemque recipere possit. Συμβειτος 3, τη μετε νατα ζητεος δουτη γλωτης αισθατη ει μητε λιας υγειας, id est, Ejus rei signum exinde liquet, quod neq; lingua prorsus secca: neque valde humida gustum probare percipere valeat. 2. de an. c. 10.

## XXXVII.

Περι γενετης αγης αρχης νη αλογον. De tangibili & tactu deniq; dicendum: quo ipso omnia sanè animantia prædicta sunt, ita quidem, ut cum sine aliis sensibus tactus adesse possit; sine tamen tactu nullus aliis sensus existere possit: Cumque ceteris sensibus a bestiis longè multumque superemur: tactus tamen judicium in nobis, quam plerisque aliis, acrius est & exquisitus, 2. de anim. II. & ib. c. 2. 3. 9.

## XXXVIII.

Objectum tactus est qualitas tangibilis, vel quidem illa prima, ut caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas: vel secunda, ut gravitas levitas, molitiae, durities, raritas, densitas &c.

## XXXIX.

Medium tactus habet τάχος ἀλλα συμφωνία, id est, coniunctum & connaturale, nempe carnem ipsam vel analogum carni seu proportionem quadam ei correspondens, unde piscibus tactus recte etiam fieri dicitur.

## XL.

Organum tactus non est caro: quippe objectum organo impositum non sentitur. Carni autem objectum tactile superpositum, ab eodem sane percipitur: Non igitur caro ipsa est tactus organum: sed quiddam in carne interius, scilicet nervorum substantia, per totum corpus ad formam retis undique dispersa, & velut ramificata, in qua spiritus animalis contentus vehitur ac per corpus deportatur.

## XLI.

Atque haec quidem de sensibus externis. Internos autem binos tantum Philosophus assignat, scilicet τὸν νόησιν, id est, sensum communem, qui Galeno Φυσικὴ Διδασκαλία, Hippocrati in aph. Γράμμῃ dicitur: & ἡ φαντασία, id est, Imaginatio, sub qua etiam τὸν νόητον νοεῖ τὸ περινόον, id est, Memoria & recordatio continetur inclusa. 3. de an. c. I.

Sensus

## XLII.

Sensus igitur communis ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ στερεόις  
καὶ ἡγεμονίᾳ τοῦ αἰθήρος, καὶ αἰθητικού, καὶ  
χρήσιμου τοῦ ἀποκεντρώτατος θεραπευτικοῦ, id est, Est  
actus objecti sensibilis, qui in sensorio ipso, qua-  
tenus est sensorium, inexistit, & ejusdem objecti  
sensibilis differentias dijudicat. 3. de an. c. 2.

## XLIII.

Ηδὲ Φαντασία ἐστὶ διώματος, καθ' ἣν λέγεται Φαντασία  
ἢ μῆνις θεωρεῖν τοῖς μὲν, ἢ τὸ πάντα μελαφορεῖν λέγεται, id  
est, Imaginatio est facultas, secundum quam  
phantasma nobis aliquid fieri dicimus, quod ta-  
men non inest eo nomine, quo ipso per metapho-  
ram appellatur: vel ut alio modo Philosophus de-  
finit: ἐν τοῖς τοῦ αἰθήρος τοῦ καὶ οὐρανοῦ γί-  
νομένοις, id est, Est motus à sensu actuali introdu-  
ctus. 3. de anim. 3.

## XLIV.

Dissert enim Phantasia à communi sensu, quod  
hic, cum veluti centrum sit omnium sensuum,  
exteriorum, utputa, in quo omnium sensuum,  
judiciumque & distinctio absolvitur, præsenti tan-  
tum objecto sensibili vigeat, eoque remoto, uti ca-  
teri sensus exteriores, desinat. Phantasia vero ab  
objectorum sensuum formis in animo relicta, et  
iam absentium excitetur.

## XLV.

Η μνήμη ἐστὶ εἶδος φαντασμάτος, ὃς εἰκότος, ἢ φαν-  
τασματικός τοῦ πεπτωτοῦ αἰθητικοῦ, id est, Memoria est  
habita.

ggg 5

habitus visorum confirmatus, quatenus imago sunt illius rei, cuius phantasma seu visum in primo sensorio inexsistit: Hoc est, ut paulo planius declaremus: Est facultas primæ animæ, sentientis partis, qua rerum imagines, cultæ. Phantasia vel imaginatione conceptæ conservantur, absentesque repetuntur. Arist. de Mem. & Rem. c. 1.

## XLVI.

*Ἀρχαὶ γνώσεως τῆς κίνησις, οὐ τιποτὲ γνωθεῖ περα, id est, Recordatio vel reminiscencia est motus, qui cum discursu sit, alias post alium scilicet motum.*

## XLVII.

Differunt igitur memoria & recordatio, causarum in primis ratione. Et 1. quidem causa, efficiente: Quia memoria actio quadam est, ab animæ potentia sensitiva producta. Recordatio vero proxime ab anima rationali dependet. Neque enim sit sine discursu. *ανδρῶσις δὲ γνῶση, lib. de Mem. & Rem. c. 2.*

## XLVIII.

2. Materia circa quam, quia Memoria estphantasmatum praesentium à rebus & objectis jam præteritis abstractorum ac retentorum. Recordatio vero est solorum præteriorumphantasmatum.

## XLIX.

3. Materia inqua, id est, subjecto. Memoria enim non tantum est in homine, sed in omnibus animatis penè perfectioribus in quibusphantasma-

**LIBER DE ANIMA** 103  
phantasmatum impressio fieri potest & quædam eorum  
dem retentio. ἡ δὲ λογισμός, id est, Recordatio  
enim sine discursu esse nequit.

L.

4. Forma & modo: Memoria enim consistit in  
ipso impressionis actu, dum scilicet phantasmata  
ita retinentur, ut integra maneant, & quando-  
cunque lubuerit, perspici actu valeant. Recor-  
datio autem talem phantasmatum retentionem  
insequitur, ita ut postquam corrupta aliquatenus  
est impressio, recordatio ex relictis quibusdam  
vestigiis eadem, vel etiam syllogistica quadam con-  
sequentia his cohærentia revocet & restituat.

L.I.

5. Finali causa: Memoria enim pro rerum  
præteritum præsentibus phantasmati custodi-  
endis à natura constituitur; Recordatio vero, si  
illa aliquando labefactetur retentio, eandem  
recollligit & reformat.

L.II.

Atque hactenus quidem de sensibus tam exter-  
nis, quam internis, cui doctrinæ pauca subjun-  
gimus de Somno ac Vigilia. Etenim in  
exposito nō nisi oīas dēspōs rūs qīdūrēs ēt, id est,  
Somnus est quædam motus privatio, & velut  
vinculum sensus. Vigilia vero oīas nōrīs nōrī aī-  
ors rūs aīdōrēs, id est, Est velut solutio &  
missio ejusdem sensus. libr. de Somn. & Vigil.  
cap. I.

Sedes



## LIII.

Sedes autem somni prima ac principalis est sensus communis, quo per somnum, cœu vinculum, ligato, omnes etiam exteriores sensus, quorum commune velut centrum ipse existit, ligantur & detinentur, idque pro requiete & salute animantium. **W. c. 2.**

## LIV.

Quo respectu somnum definire Philosophus hoc modo voluit: ὁνός εἰ κατάληξε τοῖς αἰδηνοῖς πρᾶσι τὸ μὲν δικαῖον οὐ περγέν, ἐξ αὐτούς οὐδέποτε, id est, Somnus est vinculum ac retentio primi sensori, ita ne possit agere, eaque ex necessitate pro salute & requiete animantium: ἀδετὸν οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς, id est, Contrariorum vero qualia sunt vigilia & somnus, eadem est scientia. I. de Somn. & Vigil. 3.

## L V.

"Ἐπειδὴ δὲ νυσταγμοὶ differunt, ut εἴτε νοῦς ἡγετεῖ. Est enim hic somnus interrupitus. Unde & Lat. Dormitionem dicunt. Somni finis est instrumentorum quies atque etiam instauratio, reductis ac retractis spiritibus ad fontem suum. Scaliger. I. de Plant. pag. 43.

## L VI.

In somno sœpè obtingunt τὰ εἰδῶν, id est, Insomnia: seu τὰ τὸ θηρῶ φαελόρωπα, τὸ δὲ τὸν χοῖνιον τὸν αἰσθητὸν, οἷον τὸ καθολίδιον, οὐ καθολίδιον, id est, somnium est visa imago, qua sit à sensuum motu in animali dormiente, quatenus dormit. I. de Ins. c. 3.

Divi-

## LVII.

Divinatio autem ex insomnijs, à quibus & quomo-  
do accommodatissimè possit fieri, unico axio-  
mate præclare Philosophus edocuit: *πεχινώτερος*,  
inquit, *κατηγορίαν ανυπάρχειν, οὕτω διώστατη τας ἐμε-  
ότητας διαφένειν*, id est, artificiosissimus insomniorum  
interpres atque iudex est ille, qui rerum similitu-  
dines seu imagines perspicere potest. Aristotel. de  
Div. ex Insomniis. Cardanus. lib. 4. Insomnio-  
rum Artemidori.

## LVIII.

Sequitur de Anima intellectiva, quæ *μόδιος* est  
*τῆς ψυχῆς, ἡ μάθησις τῆς φύσεως*, id est, Est pars  
animæ, qua eadem cognoscit & sapit. 3. de an. 4.

## LIX.

Et que soli homini propria. *Τὰς ἄλλας μὲν φα-  
ντασίας οὐ καὶ εὑνέπειαν τὸν αὐτόπτην φύσιον καὶ τέχνην  
οὐδὲ λογισμόν*, id est, Animantia enim alia imagi-  
nationibus & memoria vivunt prædicta. solum au-  
tem hominum genus & arte & ratiocinatione seu  
discursu. 1. Metaph. 1.

## LX.

Licet autem intellectus variè ab interpretibus  
afferantur distinctiones: tamen ex Philosopho in-  
primis *διαφορία* illa nobis petitur: quâ alius est Pa-  
tiens, alius agens. Patiens Philosopho definitur:  
*τῷ παθεῖται γίνεσθαι*, id est, quatenus omnia fieri po-  
test. 'Επειδὴ τοῦτον, οὐ περ τὸ αἰσθατόν, id est, In-  
telligere enim velut sentire se habet. Et sentire  
est pati. Ideoque etiam aliquid, quod ab ob-  
jecto

## 108 PHYSICA SPECIALIS

jecto intelligibili patiatur, dabitur. 3. de anim. 4.  
2. de anim. 5.

## LXI.

Sunt autem Patientis intellectus hic quedam considerandæ affectiones, exæque vel communes sensui etiam convenientes, scilic. tres: vel soli intellectui propriæ, totidem numero. 3. de an. 4.

## LXII.

Prima igitur conditio sensui & intellectui communis est, à mea fere id est, Passionem non habere: talēm autem intelligo hic passionem in primis, quæ est eis φθονος, id est, ad corruptionem vergens. Non vero illam, quæ σωτηρια μάκλιν εἴσε διώρυξις, id est, Ejus, quod Potentia est, actualis conservatio. 2. de anim. 5.

## LXIII.

Ubi tamen notabis discrepantiam quandam hujus etiam conditionis respectu inter sensum & intellectum sese offerre rectius attendantibus. Etenim aliqua sane ratione sensus passioni est obnoxius: ita ut lèdatur & corruptatur, non quidem sensu ipsius ratione & respectu: sed organi seu instrumenti πύρος γδε αἰδηνῆς οὐ τερπολίς αἰσχυνής, id est, Objectum sensile nimium excellens instrumentum sensus corruptit. Intellectus vero nullo prorsus modo lèdi potest. quin imo quo excellentiora sunt objecta, eò ab iisdem magis confirmatur, expeditiorque & habilior redditur. 3. de anim. 13.

Secun-

## DE ANIMA.

103

### LXIV.

Secunda conditio est, *dixitq; tunc s; id est*, id est, Idoneum esse ad recipiendam speciem, liceo actu minimè ullam habeat: Quo 3. accedit communis conditio, *diximus enq; rō s; id est*, id est, Iplam speciem in potentia esse. 3. de an. 4.

### LXV.

1. Propria conditio intellectus passibilis est, *on epiyhs is*, id est, Intellectus speciebus intelligibilius non est commissus. Quippe recipientia natura recipiendi denu datum esse oportet.

### LXVI.

2. Conditio est, *on aioezaros is*, id est, corporum operandi organum seu instrumentum intellectus nullum habet.

### LXVII.

3. Secundum quam Intellectus est *rōzō rāv* *s; id est*, Locus seu hospitium specierum intelligibilium, vim in se obtinens recipiendi intelligibilia. Prout enim locus locatum recipit: Ita quoque Intellectus species entium intelligibilium recipit.

### LXVIII.

Jam ad Intellectum Agentem, quem dari oportere & concedi sic cum Aristotele probamus. Quia quocunque modo est in potentia, modò actu in eo semper duo reperiuntur, quorum alterum est *vñ* seu tale quid, quod actu quidem nihil

## 110 PHYSICA SPECIALIS

nihil est: fieri tamen illa omnia potest, quæ erat  
 ex duabus, id est, potentialiter. Alterum vero est  
 per eum omnino, id est, causa actuans seu in actum  
 producens, quam Aristotel. definit τὸν ποιεῖν,  
 id est, Quatenus omnia illa efficit. Anima igitur  
 humana seu intellectiva, cum & ipsa sic sese habe-  
 at, has duas in sese ἀγόρευτα, id est differentias con-  
 tinebit. Atque ita ut patiens, sic agens necessario  
 dabitur intellectus. l. 3. c. 5.

## LXIX.

Dicitur autem Intellectus Agens Potentia illa  
 cognoscitiva, quæ & Phantasmata & intellectum  
 patientem illuminat, id est, Quæ species intelli-  
 gibles à phantasmatis suo munere abstractas in-  
 tellectui patienti offert cognoscendas ac judican-  
 das. 3. de anim. 5.

## LXX.

E quibus perspicuum illud esse potest, Unum  
 esse atque eundem plane re ipsa intellectum, sola-  
 que diversi respectus ratione ita distingui: Etenim  
 quatenus illuminat phantasmata, id est, species in  
 Phantasia impressas ab accidentibus & materiali-  
 bus circumstantiis abstrahit. purificatque & ful-  
 gore suo spirituali imbuit, etenus Agens dicitur:  
 Quatenus vero species intelligibles sic abstractas  
 & adornatas dijudicat & inter se confert, retinet  
 que, vel ut brevius dicam, quatenus subjectum  
 est specierum intelligibilium, receptivum ac con-  
 servativum, etenus patiens nominatur.

## LXXI.

Hanc contra Zabarellam genuinam in primis &  
 verissi-

## DE ANIMA.

III

verissimam Aristoteles de Agente & Patiente Intellectu sententiam esse statuo: quippe cum  $\alpha\lambda\phi\sigma\alpha$  τῆς τῷ ψυχῇ, id est, differentias tantum in anima rationali expressè nominet. Neque certè, ut Zabarella vult, de externo agente Philosophus ibi loquitur: sed de Agente & Patiente Naturali, ac propterea interno. Quin etiam ratio evidens id monstrat & ostendit, Externum Agens ad Intentionem minimè requiri, cum intelligere sit  $\alpha\omega\tau\omega$ , οὐαίστητον, id est, In ipso quandocunque voluerit. 2. de an. 2. 3. de an. 5.

## LXXII.

Proprietates Intellectui Agenti 3. adsignare videtur Philosophus: quarum 1. est ὅμοιεσίς  $\tau\omega$ , id est, Separabilis est à corpore ita, ut salvis permanens & incorruptus ab eodem secedere possit: quin imò separatus exinde verā demum excellentia vigere acceptat: καὶ οὐδὲ πότερον τοῦτο ὅμοιον, Quandojam à corpore separatus fuerit, tum tandem ipsum, quod est, esse incipit; οὐδέποτε νομίσθω. 3. de anim. 5.

## LXXIII.

2. Proprietas, ὅμοιος ἐστι, id est, Passionem non subit. Idque non tantum ea ratione, qua etiam Intellectus Patiens  $\alpha\omega\tau\omega$  dicitur: Sed contra quoque eum ipsum; quia scilicet Patiens, nihil Agens in sese Intellectus receptat: Quod verum esse exinde patet. Τὸν δὲ οὐδὲποτε τοῦτο εἰπεῖν, id est, Recipere non de Actu: sed tantum de Potentia dicitur: Agens autem Intellectus τῇ στοιχίᾳ εἰπεῖν, id est, per suam

112 PHYSICA SPECIALIS

suam Essentiam est in Actu, seu forma actualis effectiva. 3. de an. c. 5.

LXXIV.

3. Proprietas, ὅπερ ἀμορφίσιται, & id quidem posteriorē longē & excellentiore ratione & causā hie Agenti tribui Intellectui, quam anteā Patienti. Αὕτη παντού τὸν τοῦ Πάντων θέλει, id est, Semper enim excellentius est id, quod agit, quam quod patitur. 3. de anim. 5.

LXXV.

Objectum Intellectus τὸν γονέα ἐστι, id est, Species intelligibilis: εἰς τὸν γονέα γονέας τοῦ γονέα ἐστι, id est, In sensibilibus Ipsi intelligibilia fundata sunt, ita ut Intellectus sine sensu universalia non recipiat, adeoque is, qui non sentit, nihil discat aut intelligat. 3. de an. 8.

LXXVI.

Actio vero ipsa Intellectus, qua scilicet exutrius que Agentis & Patientis συνδιαρρέει, id est, conjunctione seu congressu emanat, ac perficitur est à νόος, id est, quam Philosoph. mentis λεῖψις, id est, Usus esse dicit. ὁ νόος οὐδὲν τὸν ὄψιαν τὴν λεῖψιν, id est, Ut visio visus est ipsius usus seu facultatis visivæ. 3. de anim. 6. & lib. de Somno. & Vigili.

LXXVII.

Illa autem ratione duplex est: Una quidem ἡ τὰς αἰδησίας.

ādīnētōv vēnōs, quam apprehensionem simplici-  
um vocant communes interpres, Averroës for-  
malem nuncupat, Scaliger Animæ passionem  
appellat, illam scilicet animæ intellectivæ faculta-  
tem, qua vñgat̄ rū dīnētōs, id est, Simplices ac  
nudæ species intelligibiles seorsim ac simpliciter  
percipiuntur: altera est σωήσ & διάγεσ, quam  
compositam vulgo nuncupant, Averroës <sup>τίση</sup>,  
id est, fidem: Scaliger Animæ actionem nomi-  
nat, estque illa ejusdem facultas, quā <sup>τούρα</sup> τὰ  
diāsērā, id est, Conceptus rerum distincti invi-  
tem ita componuntur vel dividuntur, ut verita-  
tem aut fasitatem includant, unde q: λογισμός  
vñg Algaricus, id est, Ratiocinatio & discursus. 3.  
de anim., cap. 6.

## LXXVIII.

Porro & intellectus illa non est prætereunda  
distinctio, qua alium θεωρηκόν, id est, Speculati-  
vum: alium πρακτικόν, id est, Activum, seu ποιη-  
κόν, id est, Effectivum esse dicimus eaque ab ob-  
jecto & modo considerandi adsignata: Alia enim  
Objecta Intellectualia tantum quatenus vera vel  
falsa sunt, concipiuntur, circa quæ occupatus in-  
tellectus, θεωρηκός dicitur: alia vero etiam bo-  
num vel malum includunt, circa quæ appetenda  
vel fugienda qui versatur intellectus, πρακτικός  
nuncupatur. 3. de anim. 7.

## LXXIX.

Pertinetque huc etiam illa vulgatissima animæ  
divisio, in Intellectum scilicet. & Voluntatem, quæ  
sunt Voluntas respectu boni & mali ita propriæ &  
h h k 2 tantum

PHYSICA SPECIALIS

tantum in homine appellatur: quippe sicuti cognitionem sensualem quedam ad objectum propensio insequitur, quam ἐργάζεται nuncupant, id est, Appetitum: Ita quoque ad Intellectum quedam propensio in homine rationalis sequitur, quae propriè βέλτιστη, id est, Voluntas appellatur. 3a de anim. 7. 1. Ethic. ult.

LXXX.

Quæ appetitus & Voluntatis consideratio nos quoque hinc ad διάλεκτον την κατὰ θεόν κατηκὼν, id est, ad facultatem animæ loco-motivam digredi jubet, quam tamen à sensitiva & intellectiva, aliam esse peculiarem minimè statuimus: sed sensitivam potius & intellectivam consequi afferimus. 3. de anim. 9.

LXXXI.

Est enim locomotiva facultas illa, quæ membra in corpore animato officialia secundum locum movet, ad excipiendum bonum malumque fugiendum.

LXXXII.

Ut igitur in omni motu: sic hic quoque 3. in primis consideranda fuerint: 1. τὸ κινήσις. Ipsum Movens. 2. τὸ κινέατρον, id est, quod movetur, & 3. τὸ ἐργάτερον, id est, per quod movetur.

LXXXIII.

Movens ergo causa aut remotio est, ipsum scil. bonum

# DE ANIMA.

FLX

**DE ANIMA.** 113  
bonum Activum extra appetitum, idque vel verum vel apparen<sup>s</sup> bonum: aut propria & proxima-  
n<sup>o</sup> q<sup>o</sup> q<sup>o</sup> id est, Apperitus & Intellectus. Pri-  
mo enim omnium objectum requiritur, ejusque  
cognitio, quam sequitur Intellectus vel Appeti-  
tus Locomotivam excitans. 3. de an. 3.

LXXXIV.

*Ipsum autem quod moveretur, est ἡ ζὴ, id est, Animal ad motum talis dispositum, move-  
turque per organa eo fine, legitimè in eodem cor-  
pore animato, constituta. 3. de an. 10.*

## Quæritur.

1.

**A.** An anima hominis sit ex traduce, nec ne? A.

三

An anima sit in toto tota & in qualibet ejus parte? A.

III

An Sol, cum ab eodem animata generentur,  
animatus dici debeat, nec ne? N.

IV.

An anima hominis secundum Philosophum sit  
immortalis? Plato in Phaed. πάντα οὐχὶ ἀδύνατο.  
To οὐκ εἰ καὶ τὸν θεόν αἰδομένον.

V.

V.  
An exinde mortuorum resurrectio Philosophis  
cognita esse potuerit? N.

h h h 3

八

116 PHYSICA SPECIALIS

VI.


An ex ejusdem Philosophi mente ut vulgus  
interpretum in Phys. Auscult. de tempore anno-  
rat, anima numerus numerans nominetur, sive  
exquisite: sive superficialiter? N.

Tῷ Θεῷ μέρη τοῖς ἀνθρώποις.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt





Ung IV A 220

ULB Halle  
003 128 660

3



5b.

Z



18  
16  
17

# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

# YSICA ECIALIS,

sed

*Completa e*

I.

Arist. X. de Ani-  
Historia. cl. IV. de Par-  
imal. & l. V. de Genera-  
tione animal.

II.

s III. de Anima &  
urvis Naturalibus.



LIPSIAE,

*is Caffari Clofemanni,*

160 M. DC. XXV.